

A *Tauri* ἔγω, ἄσ' ἔργων, ἢ ἐπιβουλεύω, ἢ μὲν ἔργων
Τίτην ἔταβον.
Hæc habeo, quæ edi, quæque exaturata a voluptas
Hæc habeo, quæ edi, quæque exaturata a voluptas
Hæc habeo, quæ commemur doctusque magisteris
Cognovi Musi præclara. Plut. de laude suisipit.
 Moris erat equitum Rom. si quando legitimum tempus stipe-
 pendiorum expleverint, ut equum in foro ad censores adduce-
 rent, recentisque singulis expeditionibus & imperatoribus, sub
 quibus meruissent, honorem aut notam pro meritis conseque-
 rentur. CN. Pompejus autem consulari fungens, equum ipse
 deduxit in forum ad censores Gellium & Lentulum. Quibus de
 more interrogatis, eorum omnia stipendia impleverat: Omnia,
 inquit, sub meipso Imperatore. *Plut. in Apoph.*
 CICERO fatebatur, optima & summa consilia sua, quibus
 salubriter Consul inflens patriam servavit, cum P. Nigidio
 philosopho inisset. *Plut. in Seni Trahanda respubl.*

B D. BERNARDUS semetipsum accusasse fertur, quod dum cre-
 bris jejuniis corpus in servitum redigere conatur, illius tem-
 perantem & vigorem corrumpendo, animæ functionibus suum
 quodammodo organum subtraxerit. Nam quum se non sibi,
 sed aliis vivere debere intelligeret, concionando, cohortando,
 consolando, & ad ea pietatis officia corporis ministerio
 opus esse videret: deprehendit tandem, sic corpori esse in-
 diligendum, sic eadem detrahendum, ne animi interim opera-
 tiones vel deliciis suffocentur, vel austeritate nimia oppri-
 mentur. *Auctor vitæ.*

C FERDARDUS II. Rex Sotorum LIV. vir in omni scelerum
 genere iniquatissimus, vini æque ac pecunie inexplebilis,
 crudelis in homines, impius in Deum, uxorem jugulavit, filias
 stupravit, Colmanni admonitiones nihil fecit. Inter venandum
 a lupo vulneratus, in febrim incidit. Cum a solita intemperan-
 tia non abstinere, morbo pediculari corpus exedente gravatus
 fuit, in quo exclamasse fertur: merito sibi hæc evenire, qui bene
 monentem Colmannum non audisset: agno errore, & Col-
 manno consolante, in publicum se vili veste indutum, in le-
 ctica prociertit, ac palam sua scelera confessus interit. A. C.
 603. *H. Hennigens in Geneal.*

JOAN. ZILCO Hufitarum dux invictus, moriens, Thaboritas
 iussit post mortem suam sibi pellem detrudere in usum tympani,
 quo in acie uteretur, ad terrendos strepitum illius hostes,
 præcipue Germanos. Sepultus est Cziaslavie, ubi adhuc mo-
 numentum ejus ostenditur. *Dubravius 26.*

NON FATERI.

*Consule Tit. Disimulationis. Ex loco item Tole-
 rantiæ tormentorum, quedam.*
 ANTALCIDAS SPARTANUS, cum Samothracæ initiaretur, in-
 terrogatus a sacerdote, quod in vita gravissimum piaculum ad-
 misisset: Si quid ego concepi tale, scient, inquit, ipsi dii.
Plut. arch. in Apophib.

STOICÆ ACCEPTIIONIS ETYMOLOG. DIVISIO, ET DEFINITIO.

Fatum a fando dicitur, *ἐπιφανῆ* Græcè, & aliquando signi-
 ficat oraculum, id est, quod dii fantur: aliquando pro mor-
 te accipitur, qua nihil homini magis certum & necessarium.
 Alias significationes suggerent subjectæ sententiæ.

D Fatum quadruplex. 1. *Mathematicum*, quod ligat & necit
 firmiter actiones omnes eventuelle ad vim siderum & positu-
 ram stellarum. 2. *Naturale*, Ordo causarum naturalium, quæ
 nisi impediuntur vi & natura sua, certum, eundemque produ-
 cunt effectum. 3. *Violentum*, Stoicum nempe & Poeticum,
 quod Seneca definit necessitatem rerum omnium actionumque,
 quam nulla vis rumpat; Deum ipsum & actiones omnes
 internas, & nostras voluntates huic fato subiciens. 4. *Verum*,
 est pendens à divino consilio, series ordoque causarum: Vel,
 Inherens rebus immobilibus immobile Providentiæ decre-
 tum, quod singula suo ordine, loco, tempore, firmiter reddit.
 Prior veri fati definitio est planè Theologica. De quadruplici il-
 lo fato veteres & neoterici multa tradunt. Summam proponit
 J. Lipsius, l. 1. de *Constantia*, c. 17. & 18. Vide August. lib. 5.
 de civit. c. 9. & Tit. *Providentia*.

SENTENTIÆ Variorum de fati.
Philosophorum & Historicorum.
 Fatalia necessario terenda sunt: fortiter autem ea, quæ ho-
 res faciunt. *T. Bucyd. lib. 25.*
 Fati vim effugere, nulla possunt homines ratione. *Paul. 1.*

Hominum plerumque in rebus præclare gerendis alacritatem,
 nihil fore minus fatum, quam calculus fluviorum li-
 mus obruit. *Idem l. 4.*

Fatum est inevitabile. *Curtius l. 4.*
 Equidem æterna constitutione crediderim, nexumque cau-
 sarum latentium, & multo ante destinatarum, suum quemque
 ordinem immutabili lege percurrere. *Idem l. 5.*

Incluctabilis fatorum vis cucujumque fortunam mutare
 constituit, consilia corrumpit. *Vell. Patere. c. 12.*
 Prævalent fata consiliis, omnemque humanæ mentis aciem
 perfringunt: quippe ita fe res habet, ut plerumque qui for-
 nam mutaturus est, consilia corrumpat, efficiatque quod mi-
 serimum est, ut quod accidit, etiam merito accidisse videat-
 tur, & casus in culpam transeat. *Idem eo lib.*

Manum injeçantibus fati, solent hebetari sensus hominum
 & obrundi. *Amm. Marcell. 14.*
 Ardum fatalla divertere, eoque futuri notio superflua. *Av-
 rel. Vitor. l. de Casibus.*

Fatorum vis prudentiam humanam superat. *Nice. Acem.
 Njai. Angel. 1.*
 Dubitare cogor, an fato & forte nascendi, ut cætera, ita prin-
 cipium inclinatio in hos, offensio in illos: fati aliquid in nostris
 consiliis, liceatque inter abruptam conuaciam & deforme
 obsequium pergere iter ambitione ac periculis vacuum. *T. A-
 cit. Annal. l. 4.*

Mihi in incerto judicium est, fatone res immortalium, & ne-
 cessitate immutabilis, an forte volvantur: quippe lapientissimo s
 veterum, qui que se factam eorum amulantur, diversos reperies:
 ac multis instam opinionem, non initia nostri, non finem, non
 denique homines diis cure. Ideo crebertima & tristia in bo-
 nos, læta apud detiores esse. Contra alii, fatum quidem con-
 gnere reb. putant, sed non à vagis stellis, verum apud principia
 & nexus naturalium causarum; ac tamen electionem vite no-
 bis relinquunt: quam ubi elegeris, certum imminenti ordi-
 nem: neque mala vel bona, quæ vulgus putat: multos qui con-
 flicti ad veritas videantur, beatos ac pletosque, quoniam ma-
 gnas per opes, miserimos: si illi gravem fortunam constantem
 tolerent, hi prospera inconfluit utantur. Cæterum plurimos
 mortalium non eximi, quin primo cuiusque ortu ventura de-
 sumentur: sed quædam fecit quam dicta sunt, cadere fallacis
 ignara dicentium. *Idem Annal. lib. 6.*

POETARUM.

*Regitur fati mortale genus.
 Nec sibi quisquam spondere potest
 Firmum & stabile: perque casus.
 Volvitur variis, semper nobis
 Metuenda dies. Seneca.*
*Mitto, quod certum est, & inevitabile fatum. Manilz.
 Solvite mortales animos, curaque levate,
 Totque super acuis vitam desite querelis.
 Fata regunt orbem, certa stant omnia lege,
 Longaque per certos signantur tempora cursus.
 Nascentes morimur, finisque ab origine pendet.
 Tunc & opes & regna fluunt, & sepis orta
 Paupertas, artesque datæ, moresque creati,
 Et vitia & clades, damna & compendia vite:
 Nemo caret damno, poterit nec habere negatum,
 Fortunamque suis inviam perdere votis,
 Aufugere instantem, fors est sua cuique ferenda.
 At nisi fata darent leges vitæque necique,
 Finisset ignes: Enam: Troja sub uno
 Non eversa viro fati vicisset in ipsis. H
 Aut lupa projecto nutrivisset Martia fratres,
 Romaque sic enata foret, pecudumque magistri
 In Capitolio auxisset culmina montis:
 Inclusivo sua possisset lapiter arce
 Captus, vel capti hic orbis foret: igne sepulto,
 Vulneribus victor reperisset. Mæcius urbem,
 Solus & oppositis ausisset Horatius armis
 Pontem urbenque simul, rursus fœdera virgo,
 Tresque sub unum fratres virtute faceret.
 Nulla acies tunc evicisset, pendebat ab uno
 Roma viro, regnumque orbis fors ita jacebat. Idem 4.
 Fati agitur, credite fati,
 Non sollicitè possunt cura
 Mutare rati flamma fusi.
 Quidquid patimur mortale genus,
 Quidquid facimus, venit ex alto, &c. Seneca in Oedip.*

APOPHTHEGMATA.

THALES interrogatus, quid in tota rerum natura esset ro-
 bustissim.

A bustissimum: respondit, Fatum: cuncta enim superat. *Laert.
 lib. 1. c. 1.*
 COLON dicebat, Fatum mortalibus adducere mala simul &
 bona. *Stob. ferm. 9.* Sacra autem Philosphia asserit, mala ex
 peccato, bona ex Dei gratia oriri.

VESPASIANUS, quum à duobus clarissimi ordinis esset in ip-
 sum conjuratum, ac facinus eo processisset, ut jam inficiari
 non possent, deduxit in spectaculum, atque inter illos medi-
 cos confedisit: ac petitis de industria mirmillonum gladiis, velut
 exploratorum aciem, unum uni, & alterum alteri commisit, tan-
 quam provocans ad id, quod moliebantur. Illis autem percussis,
 & animi præsentiam admittantibus: Videtisne, inquit, principa-
 tum fato dari, frustra que tentari facinus potiundi spe, vel amit-
 tenti metu? *Eraf. lib. 8. apoph.*

ASCLETARIO Mathematicus à Domitiano Imperatore inter-
 rogatus, quis exitus vite ipsum expectaret: affirmavit fore, ut
 brevilaceretur à canibus. Domitiani igitur est vestigio interfi-
 cillum imperat, atque accuratissimo sepe, ad artis desinonem.
 Sed repentina tempestate deiecit finere, seniuntum ca-
 daver canes disceperunt. *Bryl. l. 2. c. 38.*

COSMUS Flor. Dixit, Alphonso Aragonum regi malè pacatus,
 vir aliqui magnus & illustris, cum Alphonso dono mitteret
 B Titi Livii libros utique præclaros, reclamatum est à medicis,
 qui aderant, ne per immortales Deos librum attreret, ab ho-
 ste missum, veneni suspicatum. Rex prima facie vitus est medi-
 cis assentiri, illis animo illudens. Nam cum Livius in medio
 constitutus esset, illum manibus accepit, legit & evolvit. Subin-
 de medicos, qui continuo adverterentur, rogans, ut desinere
 ineptire. Regum quidem animas non privatorum libidini sub-
 jectas esse, sed sub Dei cura, & tutela factas lætaque agere, in-
 quens. *Panor. lib. 6. de reb. gestis Alphonso.*

MINUTIUS Felix dicebat, Fatum nihil esse aliud, quam id
 quod e un quoque nostrum facturus est Deu. Imò & de rebus
 omnibus, quæ fuerunt, sunt, & erunt. Qui enim omnia fecit,
 tanquam auriga peritus currum hunc mundi dirigit, aligans
 ne incompotitè feratur.

VERA FATI EXPLICATIO ET DEFINITIO.
 Nominè Fati vetustas olim abusa est, Christiani melius usi,
 licet & ab ipsa voce abortirent illorum plerique. Definunt illi
 eum, pendentem à divino consilio seriem ordinemque
 causarum. Sive cum Lipsio l. 1. de *constantia* c. 19. Inherens reb.
 mobilibus immobile Providentiæ decretum, quod singula suo
 C tempore, loco, ordine, firmiter reddit, Theologi tamen cum
 providentia miscnt, re & voce. Scripserunt de fato S. Aug.
 lib. 5. de civit. cap. 9. & Isidor. Orig. 8. ult. & libellum peculiarem
 Th. Aug.

DISTINCTIO A FATO STOICORUM.
 Stoici Fato violentiam & necessitatem dabant, libertatis no-
 stræ & voluntatis destrutores. Deum ipsum Fato subiecebant,
 sic ut Jupiter ait Homerum, cum maxime vellet, Sarpeloneum
 hunc eripere non posset, neque Semelem apud Ovidium à ful-
 mine, neque Phaetonem à promisso solis curriculo liberare.
 Christiani Fatum Deo tanquam liberrimo & potentissimo re-
 rum omnium authori subijcimus, cuius voluntati & potentia
 nemo resistere potest, & sub quo curvantur qui portant orbem.
 Secundo, ab æterno fluentem naturalium causarum fluxum illi
 comminiscabantur: nos nec naturalium causarum semper, mul-
 ta enim & supra & præter naturam, imò & contra eam Deus
 producit, upotè omnium miraculorum & fons & causæ nec ab
 æterno, quia causæ, quas secundas philosophi dicunt, æternæ
 non sunt. Tertio, illi *τὸ ἐπιφανῆ* sustulerunt è rebus: nos id
 reddimus, & quando causæ secundæ tales sunt, contingens for-
 tunamque in rebus admittimus. Quarto, voluntati nostræ, quæ
 libera est, & potestatem habet hoc præ illo eligendi, ample-
 xandi, repudiandi, vim inferentem. Nos eam non agnoscimus,
 & cum Fato Christiano mente intellecto, liberatam asserimus,
 & necessitates Ethnicæ, imò & Calvinianæ scopulum,
 omnino, plenèque velis declinamus. Apposuit enim ius quos
 condidit magnus Deus, aquam & ignem, bonum & malum,
 mortem & vitam, ut extendant mentem & manum ad id
 quod maxime voluerint. Absit ut voluntatem hanc Deus cog-
 rat, aut tollat, quæ si libera non est, voluntas non erit, nec
 crimen aliquod, imò si tale aliquod, Deum qui summum est
 bonum, auctorem habebit, adeoque iniquum vindicem. Que-
 re merito increpandum Cicero, quod maluerit providentiam
 tollere, quam delibare aliquid de humana libertate. Ita dum
 homines liberos fecit, ait S. Augustinus, fecit sacrile-
 gos.

HIEROGLYPHICUM.
 Ægyptii veteres Fatum per *stellam* adumbrabant: quod per

stellarum motum negotia tractari & disponi existimarent. *Pie-
 rius lib. 4. Hieroglyph.*
 Item per *Colum & Fusum*, significatur opportunius, tan-
 quam quæ instrumenta sint Parcarum, quæ deæ Fatales dicte
 & quod nemini parcerent. *Idem.*

Fauni. QUÆRESATYRI.

* Favor. DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Favor, Græcè *σθένεια*, à fando dicitur. Est autem favor
 vox benè precans alicui, sive studium aut vox alicui benè
 cupientis. Unde favere, propriè bona fari. *Virgilius: Ore
 favere omnes.* Et favorabilis, à quo favorem habemus.

*Sic quoque quod rarum est, salito desest a favore,
 Fortuna facies irridiosa tue. Ovid. in Ibin.*
 Hebr. *Chen*, gratia, favor, clementia; *צדק*, id est, dulcedo,
 vel *צדק*, gratia; *Chen*, fuit à verbo *Chanana*, gratia effecti,
 in gratiam recipit, gratificatus est, gratis donavit, miserus est.
 Cognationem habet cum *Chanab*, placidè se infinuavit. Item
 cum *Noach*, quievit, &c.

EXEMPLA, ET APOPHTHEGMATA.

DIONYSIUS Junior dicebat, se multos acite liberalium artium
 doctores, non quod illos admiraretur, sed quod aliis admira-
 tioni per illos esse vellet. Sciebat, populum de illis probe senti-
 re, eaque calliditate populi favorem conciliabat. Eadem ratio-
 ne & arte hodie fortassis Principes quidam alunt in palatiis suis
 viros eruditissimos & sanctitatis opinione venerabiles, ut populus
 arbitretur, illorum consiliis geri pleraque. *Eraf. lib. 5. apoph.
 ex Reg. & Imp. apoph.*

ALEXANDER Magnus, cum favorem suorum civium libi conciliare
 cuperet, largitionibus eos corrupit. Verum cum hæc fama
 ad Philippum parentem delata esset, filium illico accessit,
 & graviter his verbis objurgavit: *Quæ* te malum, ò fili, ratio in
 istam spem induxit, ut eos putes tibi favere, quos pecunia tibi
 devinxisti? *Plut. in apoph.*

Celebratur Glauciæ dictum in Metellum, Villam habens in
 Tiburte, cortè in palatio. At cors ville solet esse contigua. Nota
 vit autem illum, quod multos sibi cibo largitionibusque devin-
 ciret. Idem aliis verbis Libo objecit Galba: In corte aluntur
 animalia domestica. *Eraf. lib. 6. apoph.*

Quidam dixit, cum qui primus populo Romano dedit epu-
 lum & congiarium, exiti causam illi fuisse. Unde Cæsar Aug-
 ustus cogitavit aliquando de tollendis hujusmodi largitionibus.
 Infincer favor est, qui donis emittit: aut si minus, in-
 gens murmur si tollas, seditio gravis oritur. *Ibidem.*

ORONTES, Attaxerxis regis genit, cum ab irato rege reje-
 ctus & condemnatus esset: Quem admodum, inquit, apputatum
 digiti nunc insinuat numerum, & nunc unum tantum pos-
 sunt ponere: sic regum amici, nunc quidvis pollet, nunc quam
 minimum. Olim digitis subducebant ratio, quemadmodum
 nunc calculis. *Plut. in apoph. Regum.*

JUL. CÆSAR, postquam Publius Mimms in scena superasset
 omnes, & in his Laberium, ita pronuntiavit: Favente tibi
 Cæsare, victus es Laberi à Syro. Publius enim condicione ser-
 vus, natione Syrus erat. Longè à tergo relinquitur, qui fa-
 vente Judice superatur. *Eraf. lib. apoph.*

FAVOR PRINCIPUM INSTABILIS ET INFIDUS.

EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.
 ISAAC apud Regem Abimelech gratissimus primùm, post-
 quam opulenter evasit, & locupletatus fuerat, dixit ei Abi-
 melech: Recede à nobis, quoniam potentior nobis factus es
 valdè. Et ut eum una cum gregibus abigerent jam lenem, ob-
 struxerunt omnes puteos, quos foderant servi Abraham, im-
 plentes humo. *Genes. 26.*

JOSEPH, cui Ægyptus debebat salutare, & quintam partem
 proventuum, quam Regi omnes pendunt, in posteris suis abje-
 ctus, cum antea Pharaonem unico tantum gradu subiecerat,
 venit enim alter Pharaon qui ignorabat Joseph; quod hodie
 in urbibus, regnis, provinciis nimium obtinet, ubi beneficia
 pulveri, maleficia, etiam opinione dumtaxat fini talia, mar-
 mori inscribuntur. *Exod. c. 1.* Invenit Aman gratiam apud As-
 suterum Regem: sed Crucem mox illi peperit, ut constat ex
 lib. *Esth.* Invenit Achitofel gratiam apud Absalonem: verum
 exitio etiam illi fuit, & suspensum attulit. *2. Reg. 17.*

HISTORICA.

Qui Henr. VIII divortii causa fuerat cum Catharina Re-
 gina, Volcæus homo improbus, & ob id eidem charissimus,
 tandem

At tandem in summam ejus indignationem incidit. Quando factorum seram penitentiam concipiens: Ego, inquit, non Dei, sed Regis favorem quaesivi; hinc & Dei gratiam perdidit, & Regis non conseravi. Julius Brigerus in Flor. Calvinist. Fuit etiam nuper in Gallia Marchio Ancoranus, qui instar Sejani veteris, universas Regni habenas moderabatur, Regi, ut putabatur, unice charus, ut a quo ad summum magistratum fuerat euectus. Sed brevis fuit ille favor, dum inopinatio crudeliter trucidatur: imò velut in partes laceratur, in ipsa urbe regia, & tanquam hostis regni passim ab omnibus habitus, infamem exitum sortitus fuit. Trucidato hac inscriptione non-nemo parentavit:

Heu rerum vices! Heu fata! Gallicum Sejanum Regno propinquum, Regi proximum, Patriens, aut fatigata Fortuna desinit. Principum invidia Vestigia, malitiam. Ut sacer homo, saginatus publico Galliam expiet, Ferrum expertus, male qui cupit aurum. Qui regnum vovus In partes secuit, secatur in frustra. Equus, an immanis? Sibyllis, diris inclamationibus plebs furens Iustus per solvit. Tracto, discepto, nullibi, aut ubique sepulto. Heu, quam dispari Exitu clauduntur Alicorum sabula! O rerum vices! O Fata!

THOMAS CROMNERUS qui ea lege ab Henrico VIII. Angliae Rege constitutus erat Archiepiscopus Cantuariensis, ut adversus sententiam Clementis VII. qua matrimonium ipsius cum Catharina uxore indissolubile pronuntiaret, ipse faciendum cum ea necessario divortium ediceret; quamvis ob eam rem Regi pergratus existeret, quamdiu intemperans libido mentem ejus accendebat; postea tamen deposita larva, quam induerat Henriciana secta, in se ipsum eadem fuit; & profugus, primum Lutheranus, mox Calvinista effectus, & tanquam bestiae majestatis reus, in publicis comitiis, sine confessione de perduellione convictus, comburi iussus est Oxonii.

Novimus in Belgio, ait Cornel. à Lapide in c. 1. Exod. non ita pridem alicum virum primarium, qui Principi cuidam familiaris fuerat, & in summis deliciis. Verum levem ob causam gratia illius excidit. Excedens verò ab aula, altius philosophari cepit, & frequenter diceret: Experientia edico, quantum interfit inter obsequia, quae Deo, & ea quae homini praestantur. Item quantum inter gratiam Dei, & Principum. Didici, obsequia Principibus impensa, cito ventis tradi: im autem leviter offensis, alta mente repositum manere, de vindicta cogitari: at quanto melius Deo obsequi! qui & calicem aquae frigidae in suo nomine datum mercede sua remunerat. Sanè apud Principes fit, quod Comicus scripsit:

Si quid bene facis, levior pluma est gratia: Si quid peccatum sit, plumbeas iras gerunt.

Legator Titulus de Fortuna inconstantia, Honorum instabilitate, &c.

HIEROGLYPHICUM.

Notat Pierius, oculum favoris & benevolentiae signum esse, & ac in facris literis, aspicit, aut videri, benignitatis testimonium haberi; è contra, averfio vultus, iram, & indignationem notat. De priori Virgilius—Jupiter Lybiae desinit lumina regnis. Idem de posteriori, ubi inducit Palladem acriter iratam: Diva solo fixos oculos averfa tenebat. Christus ambulans juxta mare Galilaeae, vidit duos fratres, & vocavit eos, se sequerentur, ut fierent piscatores hominum. Sic Petrum repexit, & ad lacrymas compulit. De impiis vero dicitur, A vertente autem te faciem, turbantur, &c. Pierius lib. 33.

* Febris.

ETYMOLOG. DEFINIT. DIVISIO.

Febris est superans totius corporis calor. Unde Febris ab igne *Febris*, & Syri Befchata appellant, quasi fervorem. Oriuntur autem ex variis causis, potissimum ex humoribus incoctis, putridis, & sanguine adulto, ac nobiliores partes efficiunt. Apud Medicos sunt Febres, quas vocant compositas five nothas; suntque ex diversis humoribus eodem loco permixtis, pariterque putrescentibus. Sunt & Febres implicatae, quae diversis horis incipiunt & desinunt, quarum quae-

libet scorum consilium, & propriam essentiam habet, quamvis accessionum quaedam partes in idem tempus concurrant. Legendus de hac re Galenus de differentiis Februm: & ex recentioribus, Fernelius & Valleriola.

Vulgi divisio Februm est secundum varietatem Accessionum: ita dicimus Febrim Quotidianam, Tertianam, Quartanam, quòd vel quolibet, vel tertio, vel denique quarto die recurat, & velut stationem horariam servet. Sunt & malignae, quas pestilentibus vocant, ortum habentes ex malignis, & putridis, ac venenatis humoribus: habentque propriam sedem, essentiam, & motum. Sunt aliae quoque Ephemeræ Febres, quae uno die duntaxat durant. Item Continuae, quae sine intermissione affligunt & debilitant; priores enim cum intermissione accedunt.

CAUSÆ ET SUBJECTUM.

Causas Februm Medici ponunt humores peccantes. Observavit Joachimus Fortius in suis lucubrationibus, quas vocat absolutissimam *καλοστασια*: omnem Febrim vel in spiritu esse, vel in humoribus, vel in membris. In spiritu ponit Ephemeram. In humoribus triplicem distinguit. In phlegmate, quotidianam: in flava bile, tertianam: in atra bile, quartanam: in membris denique hecticam, quòd membra ipsa invadit.

Febris non solum homines cruciantur, sed & pleraque animalia; nam & Leones toto vitæ tempore hoc morbo affliguntur, qua de causa Lucretius, triste Leonum seminum appellavit. Hinc Proverbum emanavit, *εὐλαστον ὁ λύων*, quoties rarum aliquid hilaritatis exemplum intuemur. Caprae etiam eo morbo laborare dicuntur: imò ita semper febricitare capras Florentinus celebris auctor meminit, ut in Febris deficiat, intereat. Hinc & pro Hieroglyphico Febris, capram olim pingebant, Vide Pierium lib. 10. c. 7.

Februarius.

Vide in loco Mensium.

* Fecales.

Rant apud Romanos Fecales, qui in populo fidei publicae praerant; nam per hos fiebat, ut iustum conciperent bellum, & inde factum, ut fœderes fides pacis conservaretur. Mittebantur autem, antequam bellum susciperetur, qui res ab iis, qui intulissent injurias, repeterent; & per eos etiam fiant fœdera. Ita Vatro.

Agitur de Feccalibus in loco de Ethnicis: Tit. de Religionem Ethnicorum quoad Personarum diversitatem.

* Feles.

Vide Titulum de Loco ubi sint prestantiores. FELIUM NOMINA ET NATURA.

DE FELIBUS scripsit Plin. lib. 10. c. 73. & Amianus Poeta apud A. Gellium. Quod animal nos Felem dicimus, Albertus modo Cattum, modo Murilegum appellat. Sunt qui Musionem vocent. Felem alii, quae vulgò Felina, alii qui Marces appellatum esse volunt, eoque & Varronis & Columellae trahunt auctoritatem. Sunt qui Ælurum appellant, quod animal Festus Pompejus describit. Est, inquit, Ælurus animal Leonis, cum procreatur, perfimile, olim sylvestre: maxime advertebat muribus, falax, oculorum acie flammæ, ad immutationem Lunæ crescenti & decrescunt, nunc aucta, nunc immanita pupilla. Quib. verbis efficaciter describitur cattus noster domesticus.

Alia Felix, Catti, vel Ælurii symbola quere apud Pierium. In Hieroglyph. lib. 14. cap. ultim.

Felicitas.

* DEFINITIO, ET ETYMOL.

FELICITAS, Græcè *εὐδαιμονία*, Heb. *Osher*, & *Asajon*, Heb. *Asher*, felix dicitur. Est autem felicitas quaedam operatio animæ per virtutem perfectam, secundum Arist. lib. 1. Eth. Felicitas est virtutis operatio, & usus quidam perfectus, secundum Arist. lib. 1. Polit. Felicitas est, quod vitam sufficientem, optabilem, ac nullius indignam praestat, secundum eundem, ibid. Felicitas est vel forma secundam cum virtute, vel per se sufficientia vitæ, vel vita tuta & jucundissima, vel possessionum facultas, & corporis vires cum factiva, conservativa, & amplificativa horum virtute, secundum Arist. lib. 1. Rhetor. Felicitas nihil aliud est, nisi honestarum prosperitas, Tullio teste; vel ut alio modo definiam, Felicitas est fortuna adiutrix consiliorum bonorum,

Arum, quibus qui non utitur, felix nullo pacto esse potest. Ergo in perditis impitque consiliis, quibus Cæsar usus erat, nulla potuit esse felicitas; feliciorem quoque iudicio, Camillus exultans, quam temporibus iisdem Manlius, etiam si id quod cupierat regnare potuisset, Am. Marcell. lib. 1. Non procul à veritate antiquum puto proverbium: Quòd non pura Deus bona, sed malis femp aliquibus admixta praebet hominibus, neque ritum sine fletu habemus, resque secundas semper calamitas quaedam sublestant, ac voluptatem comitatur tristitia: denique legitima sinceræque felicitate quandoque frui, nulquam datur. Procop. de bello Pers. lib. 2.

* APOPTHEGMATA.

THALES cuidam querenti, Quis esset felix? Qui corpore, inquit, sanus est, animo eruditus, five castigatus. Cupiditates enim animorum morbi sunt. Laert. lib. 1. c. 1.

ANAXAGORAS, ab homine quodam malefano interrogatus, Quinam felices essent? respondit: Nemo sane ex iis, quos tu felices existimas; sed ex iis, unum quem tu miserum credis. Valer. Max. lib. 7. c. 2.

DIAGENES unicam felicitatem esse existimabat, qua sciret, ut febrile latemur, nec unquam tristemur, quocumque in loco aut tempore. Stob. ser. 101. Idem, veram felicitatem esse dicebat, quae faceret, ut mens & anima in perpetua tranquillitate hilaritateque collocetur. Stob. ser. 101.

ARISTON: Ut nihil juvat (inquit) agrum lectus, quem pedes auri fulciunt: sic neque sultum felicitas externa. Stob. ser. 101.

DEMOCRITUS eum felicem esse dicebat, qui cum exiguis pecuniis hilaris esset: infelicem autem, qui inter magnas opes tristeretur. Stob. ser. 101.

SOCRATES interrogatus, Quid esset felicitas? Voluptas, dixit, quam penitendo nulla sequitur. Stob. ser. 101. Idem, in interrogantibus, Quinam essent felices? respondit: Illi, qui mentem bonam & rationem possident. Stob. ser. ad Polus quidam ab eo felicitabatur, Utrum magnus Perfarum rex felix esset? Næcio, inquit, an eruditione, & iustitia fit instructus: In hoc enim hominis felicitas consistit. Et miser homo est, si injustus. Plato in Gorgia.

PLATO rogatus à Cyrenensibus, ut ipsi leges scriberet, ac Respublica legum componeret, recitavit, dicens: Perdifficile esse condere statum tam felicitibus; indicans, eos non facile patere salubribus monitis, qui successu rerum elati, sibi felices viderentur. Laert. lib. 3.

ANTISTHENES rogatus, Quid esset mortalibus beatissimum? Felicitas, inquit, mori. Hæc sententia consentit cum illa Solonis: Qui felicitat abolvit vitam, huic nihil sinistra potest accidere, quòd felicitatem ægritudine aliqua contamine. At quibus res sunt secundæ, si nihil magis optant, quam diuturnam vitam. Laert. lib. 6. c. 1.

CRÆTUS Lydius rex omnium ditissimus, accitum ad se Solonem, in congressu rogavit, An quis esset felix? Cui Solon Tellum civem suum feliciorum, qui filios habuerit probatissimos, & pro patria fortiter occubisset, dixit: Crætes autem putans Solonem omnium urbanitatem expertem, iterum contendit: Num post Tellum alium beatiorum nosset? Cleobem dixit, & Bitonem, Argivus, qui mirifico inter se amore, tum summa in matrem observantia se feliciores esse ostenderant. At Crætes iratus, interrogavit etiam, an in beatorum numerum non merito reponeretur? Solon respondit: Non dum te felicem prædicamus: adhuc enim es in fortunæ & affectuum potestate. Quam primum autem mortuus fueris, tum demum videbimus, quam felix fueris. Plat. in Solone.

DEMETRIUS Cyneius dicere solebat: Nihil sibi videri infelicis eo, cui nihil in vita accidisset adversi. Non licuit enim illi se experiri, ut ex voto illi fluxerint omnia, ut ante votum malè tamen de illo Dii iudicaverunt. Indignum vitus est, à quo vinceretur aliquando fortuna, quæ ignavissimum quemque re fugit. Senec. lib. quare bonis mala accidant.

JAMBlichus felicem eum esse dicebat, qui Deo, quatenus fieri potest, similis fuerit perfectus: simplex, purus, & separatus ab humana vita. Stob. ser. 101.

SYLLA, cognomento Felix, inter felicitates suas duas præcipuas dicebat: alteram, quòd Plin. Metellum haberet amicum, alteram, quòd urbem Athenarum non subvertisset. Plat. in Rom. apob.

* SENTENTIÆ HISTORICÆ.

Deus Græcis (inquit) Solon) mediocriter sentire dedit, tum sapientiae cunctam fiducia eos beavit, quæ mediocritatem respiciens, popularibus magis hominibus, quam regio splendidi, L. B. Theat. Vite Human. Tom. 111.

fit commoda. Ea cum videat hominum vitam nunquam non Evarius casibus esse obnoxiam, non patitur, quoniam præsentium bonorum cogitatione efferti, neque admirari alicuius hominis felicitatem, quam immutare tempus possit: unicuique enim variae res futurae, de quibus certi nihil constar, ingruunt. Cui verò res secundas usque ad finem Deus prorogavit, hunc felicem esse statuumus: at viventi adhuc, & in discrimine versanti, felicitas qua tribuitur, non magis certa atque tara est, quam si victoriam coronamque alicui adhuc decertanti adscribamus. Plat. in Solone.

Providorum hominum est, felicitatem suam pro certo habere in incerto esse positam, ut serendis adversis sint instructiores; neque existimare, quatenus voluerit quis aggredi bellum, eatenus ei facultatem adesse, sed quatenus sortita sua ducent. Thncy. 14.

Ita statuo homini ad felicitatem sufficere, ut quæ ad usum vitæ opus sunt, omnia possideat; neque ullius rei, qua ad se sustentandum corpus indiget, destituatur: omne autem supervacaneum, curas, negotia & multorum invidiam secum trahere existimo. Dion. 138.

Omnes mortales non tam rebus secundis suam felicitatem sentiunt, quam malis confictati eam desiderant. Idem. lib. 156.

Adolescentiam & perpetuam felicitatem, ferocia utraque, quam quietis opus est consiliis, metuo. Liv. decad. 1. 10.

Superba est felicitas. Curtius 15.

Felicitatis & moderationis dividuum est contubernium. Val. Max. 15. c. 5.

Difficilis est temperare felicitati, qua te non putes diu usurum. Tacit. 1. 2. histor.

POETICÆ.

Errat & extremos aliter servatam heros, Plus habet hic vita, plus habet ille via. Claudianus.

Felix, qui potius verum cognoscere causas, Acque metus omnia, & inexorabile fatum Subjectis pedibus, strepitumque Acherontis avari. Virg. 2. Georg.

Est quoque felices, qui ferre in commoda vita, Nec scelerare iugum vicia didicere magistra. Juvenal. 13.

Felices ter, & amplius, Quos irrupta tenes copula, nec malis Divulsus querimonia;

Suprema citius solvet amor die. Horat. 1. Carm. 13.

FELICITAS QUORUM.

* PUTA. HOMINUM.

Cùm Gyges occupato Lydiæ regno, armis & divitiis, abundantissimo inflatus animo, Apollinem Pythium sclicitatem venisset, an aliquis mortalium se esset felicior? Deus ex abdito sacrarii specu voce missa, Aglaum Phophidium ei prætulit. Erat autem is Arcadam pauperissimus, sed ætate senior, terminis agelli sui numquam exsuperat, parvuli ruris fructibus contentus. Valer. lib. 7. c. 1.

Felix, qui propriis avum vasagis in arvis, Ipsa domus puerum quem vides esse senem, Qui baculo nitens in qua reperiis arena, P'nis numerat sæcula longa case.

Illum non vario traxit fortuna tumultu; Nec sibi ignotas mobilis hostes aquas; Non freta mercatorum sinus, non classica milites, Non vacui litis perulis ille furi.

Indolita verum, vicina vesibus Vrbis, Aspectu fruatur libereve poli.

Frugibus alterius, non consule comptat annum. Autumni pomis, ver sibi flore notat.

Idem condit ager solis, idemque reducit, Mensuræque suo iustificus orbe diem.

Ingentem meminit parvo qui gramine quercum, Et quæcumque vides confusisse venena. Claud. de sene Veronensi.

ERECTONIUS Dardani ex Batea, F. omnium hominum fortunatissimus fuisse, Græcorum monumentis traditur. Cal. lib. 9. c. 19. P. Crassus Mucianum quinque rerum maximarum bona habuit. Gell. 1. 1. c. 13. Unus hominum præco ævo Felix appellatus L. Sylla: civili videlicet sanguine ac patriæ oppugnatione adoptatus, qui felicitatis suæ argumentum ducebat, prociptissime ac trucidatè tot civium millia. Plin. lib. 7. c. 42. Agrippina Angustæ inter Romanas sceminas, quæ ante eam fuerunt, uni eventu, ut Romani Principis uxor, foror, mater, ac filia haberetur. Qui Germanici Imperatoris filius erat, quem Tiberius Imperii accessorem adoptaverat, Claudium Augustum virum habuit: Caligulæ foror erat: denique Neronem peperit. P. 190. 15. c. 16.

CONSTANT. MAG. non supplicentem demonibus, sed ipsum verum Deum colentem, Deus tantis terrenis implevit mireribus, quanta optare nullus audeat. Aug. 15. de civ. Dei. c. 25.

Libet audire, qua in re hominis felicitatè consistat: quem felicem appellandū censet D. Gr. Naz. Carm. 16. de Beatitud.

A Felix à mundo abstractus qui vivit eremo-
 nis. In rigida, & mentem tollit ad astra suam.
 Felix, qui multis junctus, non plorata versans
 canit. Distribuitur, pectus sed dedit omne Deo.
 Felix, qui Christum fortassis omnibus emittit:
 Cunctis horumque crucem, quam gerit, instar habet.
 Felix, qui puris opibus dominatur: amicam
 Puperibusque libens porrigit usque manum.
 Felix virgineus chorus est, qui carne repulsa
 Non procul à summo numine purus abest.
 Felix, qui paulum thalamo, radeque jugali
 Concedens, vrbibus plus tamen ipse Deo.
 Felix, qui plebem imperio dum rite gubernat
 Humanas, placat per pia sacra Deum.
 Felix, qui primos inter numerandis ovulis
 Christicole, vacuis se tenet inter oves.
 Felix, qui pura subvolutis acmine mentis,
 Prospicit atbera lumina sancta domus.
 Felix, qui Christum manibus non segnis honorat,
 Multis que est vite regula lexque pie.
 Horre à sidero complent hac omnia celi:
 Quis peperit, quas mens; excipiuntur opes.
B Diversis diversa bonos nam sedibus insert
 Virtus, ac vite mansio cuique sua est.
 Felix, cujus inops mensi criminis omnis & expers:
 Qui vitæ in luctu tempora cuncta terit.
 Celestes quique ore avido suspirat ad aethera:
 Mite cor innumeris quoque recondit opes.
 Quisq; alii facilis, dominum sibi flectit Olympi.
 Quem pax, quem cordis munditieque juvat.
 Denique per Christo patitur qui nulli a liberenter:
 Exerim in celo carper ob idque decus.
 Quam malles, hac perge via, striveris omnes.
 Nil melius, Multa aut laudis id eximie.
 Vnam dum summe gratum id quoque, premia magnis
 Sunt tamen & parva digna parat a viris.
 Et Raab hand castis pollebatur moribus: ipsi
 Laus tamen hospitii parvis in orbe decus.
 Et qua non tumidus Pharisai more Telones
 Exiit, hoc uno nomine plura tulit.

C * FELICITAS DIUTURNA INFELIX.
 AMBROSIIUS Episcopus, cum apud divitem quemdam hospitiandi gratia divertisset, & ille se nihil unquam in vita adverſi passum factare, è vestigio cum suis recessit, dixitque, ideò se inde fugere, ne unà cum homine perpetuis prosperitatibus usò, statim periret. Haud ita procul excesserant, & respicientes, vident aedes illas cum omnibus, qui ibi erant, terræ hiati jam absorptas. *Marculus l. 5. c. 3.*
 Vide exempla rara & varia sub titulo de Fortuna. Ibi Inconstantia Fortuna.
 Refer huc etiam pleraque ex Tit. de Favore, §. Principum favores incerti.

TEMPORUM FELICITAS.
 Eaque vel
 CONSTANS. TEMPORA FELICIA SEMPER VEL SÆPE
 IISDEM VEL DIVERSIS.
 Beotius in diem quintum mensis Hippodromii, quem appellant Athenienses Hecatombaona, victorias duas clarissimas, quibus libertatem Græciæ afferuerunt, contulit fortuna; Leucicam, & alteram ante annis amplius ducentis ad Garreston, cum Lattamiam & Thesalos fuderunt. Hinc Persæ mensis Boedromionis die sexto in Marathon, tertio ad Plateas, eodemque ad Mycalem sunt à Græcis cæsi. *Diodor. l. 11. c. 26. in Arbelis.* Apud Naxum navali victoria circa plenilunium mensis Boedromione Athenienses sunt, duce Chabria, potiti: ad Salamina. *Plutarch. in Camillo.* Vicit eodem mensis Timoleon Corinthios Carthaginienses ad Gramicum amnem in Sicilia. *Sabel. l. 9. c. 4.* Sextus Thargelionis dies Atheniensibus auspiciatissimus erat. In eo Socratis natalis dies fuisse proditur, & Alexandri Macedonis, qui eodem defunctus quoque fertur. *Alex. l. 4. c. 20. & Cæsar. l. 17. c. 30. A. L.*
 TIMOLEON Corinthius prælia maxima natali die suo fecit omnia. Quo factum est, ut ejusdem natalem festum haberet universa Sicilia, & imprimis Syracusani. *Probus in ejus vita.*
 Q. FULVIO contigit, ut quæ die priorè anno ex prætura triumphabat, eadem postea de Liguriis bello victis triumphans urbem iniret.
 SURIUM bis eodem die à Rom. captum est: evenitque, ut Thucidi, qui oppidum ceperant, id amitterent: & quia amiserant, opera id recuperarent Camilli: qui summa festinatione, victis

aciè Latinis & Volscis, Sutrium contendens, hostes securos, vi-
 no formoque sepultos caecidit. *Plut. in Camillo.*
 C. JULIUS Cæsar Idus Julii natalem suam fortunatas semper habuit, & felices. *Alex. l. 4. c. 20.*
 Incidit primordium Venetæ urbis in octavum Kalendas Aprilis ejus anni, qui quadringentesimus fuit humane Salutis, ac primus & vigesimus. Tradunt quidam, eundem eodem die à Deo constitutum, & Christum Dei. eandem lucem virginis utero conceptum. *Sabel. lib. 1. Enn. 8.*
 Eodem tempore, & quod maximè admittendum videtur, ipso etiam die, Nonis Julii anni 1495, quum pridie quoque ad Tarrum inter Gallos & Venetos Sforcianoque esset dimicatum, & Gallica classis ad Rapallum capta, Ferdinandus II. Aragonius urbe Neapoli incredibili civium studio receptus est. *Jovius lib. 3. Hist.*
 Kalendæ Julię Venetis triplici de causa festæ: victoriam scilicet celebri eo die de Patrumis parta, & Andree Contarenti ducis recepta de Genuesibus Clodia reitru, & Perri Laurendani classis præfecti victoria ad Callipolim contra Turcos navali. *Egnatius lib. 2. c. 3.*
 Sexto Kalendas Martias, Matthiæ Apostolo dicant, natalis Cæsarit Caroli V. semper est factus, Ticinensi victoria lætissimus, & inauguratione Bononiensi. *Jov. in Pompejo Columna.*
 Hispani, duce Consalvo Magno, de Gallis nobilem victoriam ad Cirinoliolum reulerunt, anno 1500. mensis Julii, octavo post Obigini cladem ab illis acceptam: eoque utraque die, qui à Venere appellatur, quem diem Hispani libi factum sepe fuisse observant. *Guicciardinus, l. 5.*
 Augustus mensis octavo quodam fato Othomannorum Turcarum Imp. militiæ feliciter exiit. Ejus certè mensis die decima Bajazetes II. Methonen cepit, eadem Solymanus Strigoniolum occupavit. Octavo ejusdem Selimus anno 1514. Ismaelem Sophum Perarum regem in Calderanis campis Armeniæ magno prælio vicit: & triennio post ad Hieropolim sive Alepium Syriæ Campionem Ægyptium Sultanum. *Jovius in vita S. Solymi.* Solymanus eodem Ludovicum Hungaria regem ad Mugacium caecidit, Budam occupavit. Anno 1566. Sigetum expugnavit, & victor obiit.
INCONSTANS. TEMPORUM.
 Incertum Tit. Qui eodem die nati sunt & mortui, loco de MORTE.
 JUDAS Machabeus, Gorgia Antiochi Epiphani duce devicto, ad lustrandum templum ab Antiocho profanatum se contulit, excusloque de silicibus igne, sacrificium fecit. Acciditque ut quo die templum fuerat ab externis profanatum, eodem die fieret templi lustratio, ejusdem mensis, scilicet Casleu, vigesimo quinto die. *1. Machab. 3. & 2. Machab. 10.*
 LYSANDER navibus, extra duodecim, machibus & muris potius Atheniensium est die sexto decimo mensis Munychionis; quo die superaverant illi quondam prælio navali ad Salamina Barbaros. *Plut. in Lyandro.*
 Circa tempus Mylteriorum dirug fuisse ab Alexandro Thebæ: Præsidium Macedonicum vigesimo die mensis Boedromionis, quo die mysticam pompam Bacchi educunt, receperunt Athenienses. *Plut. in Camillo.*
 Eodem die comperitum est à Gelone Syraculano, Carthaginienses, qui cum Xerxe Græcorum tollendorum sedes inierant, debellatos, & in Thermopylis Leonidam cum locis dimicando, intra Xerxis castra occubuisse, veluti quoddam de industria nomen id curasit, clarissimamque hinc victoriam, illinc gloriosissimam mortem eodem tempore, pari momentum rerum, patique virtutis exemplo, subijci, ambiguo præferendæ laudis iudicio, continuisset. *Diodorus, l. 11. c. 1.*
 Ea die qua à Cimbris profligato exercitu Romani, duce Cæpione, cæsi fuisse ingenti clade, eodem postea L. Lucullus contra Tigranem & Armenios, quos magna clade debellavit, & castris exiit, gloriam tulit in ingnem. *Plut. in Camillo.*
 Ea die qua M. Crassus magno dedecore profligatus à Partis & casus fuit, eadem, post aliquot annos, Ventidius Pacorum & Parthos singulari victoria vicit. *Alexand. ab Alexandro lib. 4. c. 20.*
 AUGUSTO, idem dies suscepti imperii primus, & vite supremus fuisse traditur. *Alex. lib. 4. c. 20.*
 FRIDERICUS PULCR, Alberti I. F. Austriacus, cum Ludovico Bavaro de regno Rom. non expectato fratre Ludovico dimicans in agro Salisburgenſi, supra L. milites sua manu interfectisse dicitur. Victor primus, inde victus & captus est, anno Christi M. cccxxv. penultima Septembris, qua B. Michaelis festus dies peragitur. Quo die ante annos quinquaginta unum, Rodolphus Habspurgentis auctor gentis in regem

A Romanorum fuit electus. Unde quidam falsò augurabantur, tunc domum Austriae ruituram. *Cuspin. A. D.*
 Leo X. factus Pontifex, ad undecimum diem Aprilis, anni 1513. le triplicis coronę tiarum in Laterano templo sumpturum edixit, ut is dies, qui ex clade prælii Ravennatis (in quo captus fuit à Gallis) sibi valde ætate exiteret, eo circumacti anni circulo commutata fortuna, in candidum atque lætissimum vertetur: eodem quoque ipso albo equo vehi voluit, in quo Ravennæ captus fuerat. *Jovius in Alfonso Mæstino.*
 BARTHOLOMEUS ALVIANUS, anno 1513. icto inter Galliarum regem Ludovicum XII. & Venetos federe, ex Gallia, ubi captivus aliquandiu fuerat, Venetias reversus, à senatu Veneto omnium copiarum Imperator illdem legibus, quibus Petilianus comes cum gradum habuerat, & foras eodem die, quo ante quatuor annos in hostium potestatem venerat, est salutus. *Guicciard. lib. 11.*
 ALESONUS II. Neapolitanorum rex, Caroli IX. Gallorum regis adventum metuens, in Siciliam fugit, regno relicto Ferdinando filio, eo die, quo pater anno antea decesserat vita, eodem quo fuerat rex salutus. Ferdinandus regno à patre per manus Neapolitano regno exiit, anno tertio hexagesimo quàm Alphonso major, Ferdinandus hujus proavus, Renatum Neapoli eiecerat. *Sabel. lib. 9. En. 10. & Vici Constans.*
LOCORUM FELICITAS. NEAPOLITANA.
 Lacedæmonii uterum sunt per totam Græciam potiti, urbibusque imposuerunt præfida, principes Epaminondas præsidium, quod Thebis erat, concludit. Eo nomine arma inferentibus Lacedæmoniis, Thebani ad Leuctra occurrunt, auspicio loci secuti. Nam antè eam ibi afferuerant se in libertatem, quando à Sthenelo in exilium Amphyction pulsus Thebas se contulit: ac cum tributarios invenisset Chalcidensibus, eo vesticigali exemit, Chalcondote Eubæensium rege interfecto; & tunc apud ipsium Scedaf filiarum à Spartanis olim constitutarum & interfectarum tumulum Lacedæmoniorum exercitus, ingenti clade, totus sulus fugatusque est. *Plut. in Amatoris.*
 OTHO VICECOMES, Mediolanensium Archiepiscopus, cum tota gente à Turrianis urbe pulsus, nobilium exulum stipatus Cermani, per vim in patriam redire studebat. Ei cum exercitu Turriani obviam profecti, ad Decimum vicum pervenerant. Quum ibi de inferendo bello à ducibus in consilio sententia dicerentur, sacerdos quidam pernici equa devecus, ad Othone pervenit. Erat enim Decimi præclarum Othonis nomen: nam ab adolescentia facris initiatus, summum in eo pago sacerdotium à Pontifice imperatrat; unde postea & in æde maxima Mediolani, & in D. Ambrosii templo canonicas dignitates fuerat consecutus. Is sacerdos Othoni omnia nunciavit, addiditque, Turrianos ea nocte posse deleri, si improvisus, confecto per noctem itinere, desperos atque topotos adoraretur. Hoc nuncio maxime letatus Otho: Dii, inquit, qui à Decimo dignitatis initia præbuerunt, non inani proculdubio loci omine promissum nobis de hostibus victoriam dabunt: atque ita tota re ad consilium delata, singulari omnium alacritate decernitur, non prætermittendam rei gerendæ occasione. Ergo ducenti secuti sacerdotem, Turrianos imperatos adorti per noctem, superarunt, Napum principem ceperunt. Atque ita septies aciem victor Otho, & rediit in patriam, & patriæ imperium sibi suisque peperit. *Jovius in vita Othonis.*
D. INCONSTANS. LOCA FELICIA, ET INFELICIA, IISDEM, DIVERSIS.
 M. MANLIUS Capitolinus tyrannicus affectate reus in Capitolium ductus, ac de falo præcipitatus, locum eundem habuit, & eximie gloriæ & tristissimi exitus monumentum. *Plutarchus in Camillo.*
 * HIEROGLYPHICA.
 Si Caduceo cornuopia adijciatur, felicitatis indicium est: quod in Vespasiani & aliorum nummis observavimus. *Pier. Val. l. 15.*
 Adhæc Navis in aliquot veterum monumentis, felicitatis hieroglyphicum est: ut in Hadriani nummo, qua remigio veda, pulcherrimeque elaborata visitur, cum inscriptione Felicitati Aug. Sub navi verò, S. C. Cos. III. P. P. *Pier. Val. l. 45.*
 Quod etiam Olea adjecta caduceo felicitatis hieroglyphicum habebatur, multa veterum numismata indicio sunt, quæ in ipso caduceo commentario continentur. *Idem l. 35.*
 Vitis etiam felicitatis est hieroglyphicum. Artis enim divinandæ periti seu conjectores scribunt, ubi ejus significata examinant, *Vom. in somniis vitam, etiam extra tempus, felicitas esse præfagii. Idem l. 33.*
 L. B. T. beat. Vita Human. Tom. III.

* Feria.
 Vide D. I. E. S.
DEFINITIO ET ETYMOL. ET GENERA VARIA.
 FERIA, Græcè ἀγία, & ἀγία, feriatus dicitur: sic dicæ à ferendis epulis: in his enim epule fiebant ex porcorum frugumque proventibus. Feriarum publicarum genera erant quatuor apud Rom. Stativæ, universi populi communes, quæ certis & constitutis diebus fiebant, in quibus præcipue servabantur Agonalia, Carmentalia, Lupercalia. Conceptoræ, quod quotannis à magistratibus vel sacerdotibus concipiebant certos sive incertos dies, ut sunt Latina, Sementina, Paganalia, Compitalia. Imperativæ, quas consules, vel prætores pro arbitrio indicabant. Nundinæ paganorum ac rusticorum, quibus ad negotia & merces conveniebant.
APOPHTHEGMATA.
 DIOGENES, Lacedæmone peregrinum quendam conspicens sese studiosè ad festum diem componentem: Quid facis, inquit? An non quilibet deus viro bono festus est? Senit hunc mundum esse sanum Deo dignum, in quo constitutus homo semper honeste, velut in conspectu numinis omnia cernens, versari debere. Derorsit huc proverbium, quod dicitur, Pigris semper esse festum. *Laert. lib. 6.*
 ANTISTHENES interrogatus, Quid esset dies festus? Gulæ irritamentum, & luxuria occasione esse dixit. *Stob. & Max. ser. 27. Anton. in Meliss. p. 1. serm. 39.*
 Vide Sabbatum, & Solemnitas. Item sub loco de Diebus, multa huc facientia.
 * Festinatio.
DEFINITIO ET USURPATIO VOCIS.
 FESTINATIO, Properatio, Græcè ἀσβη, Hebraicè Chippazan à verbo Chapat, festinavit, pavidus. Festinatio autem est motus præceptus ad rem aliquam. Adhibetur autem tam ad res bonas quàm malas: Nam ut justus currit viam mandatorum Domini, ita impiorum pedes ad malum currunt. Utrumque exemplis sacris elucidabimus.
 EXEMPLA S. SCRIPTURÆ FESTINATIONIS BONÆ.
 ABRAHAM levatis oculis, cum vidisset tres viros sibi adstantes, cucurrit in occursum illorum de ostio tabernaculi sui, & adoravit in terram: cumque eos intro duxisset, festinavit ad Sararam, ut ei imperaret de aptandis illis. Ipse quoque cucurrit ad argumentum, tulitque vitulum tederium & optimum: deditque puero, qui festinavit & coxit illum. *Gen. c. 18.*
 Angeli qui apud Loth in Sodomis hospitio exopti fuerunt, postquam cum præmonuissent exitum loco fecerunt, addebant festina, & salvere ibi, quia non potero facere quidquam, nisi ingrediaris illuc. Idcirco nomen urbis illius vocatum est Segor. *ib. cap. 19.*
 RACHEL post ablata patris Laban Idola, cum eadè recepturus intrasset tabernaculum Jacob & Lia, nec invenisset, venit ad tentorium Rachelis: ita illa festinavit, & abscondit Idola subter stramenta Cameli, & desuper sedit. *Gen. 31.*
 Uxor Manue cum vidisset Angelum, qui dixerat ei, quòd conciperet, & pareret filium, festinavit & cucurrit ad virum suum, & nuntiavit ei, &c. *Indic. c. 13.*
 DAVID pugnatuus adversus Philistinum, festinavit, & cucurrit ad pugnam ex adverso illius, 1. Reg. 17. Idem etiam festinavit, ut fugeret à facie Abialonis, 2. Reg. 15. Festinavit quoque Abigail venire ad David cum muneribus, ut insolentiam Nabal mariti sui apud eum excusaret, 1. Reg. 25. Semel quoque filius Geza festinavit occurrere David, & illius obsequio se & suos devovit, postquam jam electus esset in Regem, 2. Reg. c. 19.
 Pastores qui custodiebant vigilias noctis super gregem suum, auditio Angelico nuncio de nato Salvatore, dixerunt: Transfremus in Bethlehem, & videamus de verbo hoc, & venerunt festinantes. *Luc. 2.* Maria mater Domini abiit in montanum festinatione, & salutavit Elisabeth. *Luc. c. 1.* Zachæus à Christo prætereunte vocatus, ut descenderet, quia hodie in domo sua esset mansurus: festinans descendit à lycomor, & excepit illum gaudens. *Luc. 19.* Filii Zebedæi à Domino vocati, statim relictis retibus & patre, secuti sunt eum. Ita & Matthæus è telonio vocatus, protinus secutus est eum.
 Duo Discipuli qui in castellum nomine Emaus iverant, Christumque ibidem in fractione panis cognoverant, eadem die regressi in Hierusalem, nuntiaverunt congregatis undecim. *Luc. 24.*
FESTINATIONIS MALÆ EXEMPLA.
 Curiores Austeri Regis festinaverunt ex mandato Amœn. ut per omnes provincias nunciarent, occidendos atque defendos

A omnes Judæos à minimo usque ad maximum, uno die, hoc est decimo tertio mensis duodecimi Adar, omniaque eorum bona diripienda. Esh. 3. Postquam Nabuchodonosor Rex præcepisset, ut interficerentur omnes sapientes Babylonis, oculis egressa sententia, omnes interfecit sunt, quærebanturque Daniel & socii ejus, ut interirent. Dan. 2. Reprehendit Deus per Aggeum Judæos, quod festinaverint ire uniusquisque in domum suam, domum autem Dñi deseruerint, & neglexerint edificare; etiam cum vel maximè deservire moniti essent, & propter hoc, inquit, prohibiti sunt cæli dare pluviam, &c. Aggæi. c. 1. Antiochus festinabat cum exercitu suo venire Jerusalem ad delendam eam, & faciendam ex ea congeriem sepulchri. 2. Machab. 9.

Etiam filia Philippi Herodias, postquam Herodi placuisset, & promissa sua juramento confirmasset, de dimidia etiam regni sui parte ei danda, dummodo eam postulasset, petiit protinus sibi adferri caput S. Joan. Baptiste in disco. Marc. cap. 6. Festinabat concilium sanguinarium Judæorum, ut Christum morbi traderet: idèque de nocte conveniunt, ex uno Tribunali in aliud festinant, primo manè consilium incurrunt, vociferantur, urgent, etiam comminationibus adjectis in Præsidentem, ut quantocius crucifigeretur; juxta illud Davidis, Astitit Reges terræ, & Principes convenerunt in unum, adversus Dominum, & adversus Christum ejus. Matth. 26. 27. Marc. 14. 15. Luc. 22. 27. Joan. 18. 19.

ADOPHTHEGMATA.

Rem opportunè aliquando, & nulla interposita mora aggredi, admodum utile judicabat Nicolaus III. Pont. upotè qui vacantibus Ecclesiis pluribus, in id incumbat assiduum, ut eis de viris timoratis prospiceret, & causamque tanta celeritate interrogantibus, Magnam, dicebat, tum in mora est periculum, cum non desunt, qui divina etiam cupidissimè occupata diriperent. Summa itaque in agendo erit prudentia, si ferum temporumque qualitatè res nostras accomodemus. Ex Platina Laur. Beyerl. in Apophtheg. Christian.

PETRI ALDOBRANDINI Card. quoque non minus egregium dictum; inquit autem: Ubi urget temporis angustia, accelerandum non est, sed maturandum: Illud enim inconsciderati est animi, hoc verò prudentis. Herm. Farnef. in Apoph. de Prin.

HIEROGLYPHICUM.

Apua pisciculus ex eo genere, qui à sola pluvia generatur, festinationis est signum; nam ubi vel minimum concauerit, coquitur. Unde adagium, Ad ignem apua, cum quid celeriter factum judicamus. Plerius lib. 30.

* Festum, Festi Dies.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Festum substantivè, sive festivitas, in suo generali significat solemnitatem aliquam vel lætitiâ communem pluribus quæ Græcis ἐπέτειον, ἐπέτειος, unde Festi dies, ἐπέτειος, huc ἐπέτειος, celebratis. Erant autem veteribus Romanis Festi dies, in quibus vel sacrificia Diis offerebantur, vel epulationes celebrabantur, vel ludii in honorem Deorum instituebantur, vel denique feriae agebantur. Judæis Sabbata, quia arcebantur à servilibus operibus; Christianis verò vocantur illi, qui in honorem alicujus Sancti, aut mysterii divini rememorationem ab Ecclesia instituantur. Causas omnium, & quæ in illis observata olim, & quæ hodie servanda, trademus paulò post. Perottus vult Festum dici à Feriis, quas olim Fefias dicteas contendit, & mutatam litteram S. in R. quomodo ab heri hesternus: Alii D à dæo, lux, gaudium: Festi enim dies præ aliis splendunt, tum quod illis cessatur à laboribus corporalibus, tum quod lætitiâ aliquam, tam institutione sui, quam cultu ipso ingenerent.

A quo primum instituti, & cur?

Ex sacris litteris constat, Festa quædam à Deo immediate, quædam ab hominibus instituta. A Deo quidem septem festa instituta reperitur: 1. Sabbatum, cui benedixit, & quod sanctificavit. Gen. c. 2. 2. Pascha. 3. Pentecostes. 4. Festum Propitiationis, sive Expiationis. 5. Festum Tabernaculorum. 6. Festum Tubarum. 7. Festum Cænis, sive Collectæ. A Judæis verò instituta erant sequentia quantor. 1. Festum sortium, quod celebrabatur 15. mensis Adar, id est, Februarii, in memoriam liberationis Judæorum per Esther: De quo Esther c. 9. 2. Festum Encarnationis, seu purgationis templi, quæ facta est sub Juda Machabæo. 1. Machab. c. 3. 3. Festum recepti è cælo ignis facti. 2. Machab. 1. 4. Festum ob cæsum Nicanorem. 1. Mach. 7. & 2. Mach. ult. de quibus videatur Ribera l. 5. de Templo. c. 17. Et quæ præsentem opere habentur, Tit. de Judæis.

QUÆ IN FESTIS OBSERVATA, ET OLIM IN V. L. REQUISITA.

Tria in veteri lege erant peculiariter in Festis à Deo institutis. Primum enim vacabant omnes à laboribus. Imò in Sabbato licitum non erat cibum parare. Ideoque in deserto duplex manna colligebant pridie Sabbati. Exod. 16. Neque ignem accendere. Exod. 35. Quæ tamen aliis festis permittebantur. Quint tana ferveritate Judæi etiamnum suum Sabbatum colunt, ut ab omni prorsus opere abstinent. Notum est, olim permisisse se occidi tempore Machabæorum fideles, ne in Sabbato gladium adversus hostes educerent. 1. Machab. c. 2.

Lepidum est, quòd in Anglia Judæus quidam, nomine Salomon, postquam Sabbato in frædam cloacam decidisset, nollet, que eo extrahi, ne Sabbatum violasse videretur, coactus fuerit etiam Dominico die in eadem remanere. Nam cum ille diceret:

Sabbata sancta colo, de stercore surgere nolo.

Respondit Judex, uti refert ex Annalibus Th. Stapletonius in Prompt. morali: Sabbata nostra quidem Salomon celebravit ibidem. Sacerdotes tamen in Sabbato victimas mactabant in templo, & eas excoctabant, coquebant, &c. Unde Christus cum toties ei obijcerent Sabbati violationem, quòd ille egros curaret, eos confudit Matth. 11. iniquis: Non legitis in lege, quia Sabbato Sacerdotes in templo Sabbatum violant (nempe materialiter) & absque crimine vult?

Secundò, in Festis fiebant oblationes & victimæ, idque propriè, & ab aliis diverte, ex quo è Deo præscriptæ. Num. 27. & 29. Tertio habebant quilibet Festa caremonias peculiares. Ut in festo Paschæ v. g. v. f. azymorum, fiebat oblatio manipuli, spicarum: In festo Pentecostes fiebat oblatio novorum panum: In festo Tubarum clangebant tubis: In die expiationis indicabantur jejunium, & alia afflictiones: In festo Tabernaculorum manebant certis diebus in tabernaculis, ibique exultabant cum ramis ex fructibus; quam caremoniam usque in præsens Judæi in Synagoris suis observant.

FESTORUM APUD JUDÆOS CULTUS.

PRÆMIA COLENTIUM, ET VINDICTA VIOLANTIUM.

Festa in Vet. Leg.

Die Sabbati offerrebantur duo agni ultra illos, qui quotidie in jugi sacrificio offerrebantur: diebus aliis unus tantum, nisi in solemnitatibus & calendis, ad designandum, quòd in festis abundantius Deum laudare debeamus. Num. 28.

Videns Nehemias homines torcularia calcantes, & onera portantes venalia in Sabbatis, objurgavit eos tanquam diei Sabbati profanatores. 3. Esdr. 13.

Deus per Isajam promittit servantibus Sabbata sua, primum voluptatem Spiritus in rebus divinis: Delectaberis, ait, super Domino: Secundo: Et sustollam te super altitudinem terræ, q. d. faciam, ut omnia terrena contempnas: Tertio: Et cibabo te hereditate Jacob patris tui. Isajæ c. 58. Quarto promittit etiam adjecturam bona temporalia, uti constat Levit. 16.

E contra violentibus Sabbatum, minatur extremum exitum & interitum. Quocirca Eldras durè increpat incolas Jerusalem, quòd in Sabbato inferrent onera, & quodvis opus facerent, quod non licebat; additque Dominum idcirco induxisse mala super urbem illam. 2. Esdr. c. 13.

Deus in Exod. c. 31. distictim mandat custodiri Sabbatum suum, quia signum est, inquit, inter me & vos in generationibus vestris: Qui polluerit illud, morte morietur.

Filii Israël invenientes hominem in solitudine colligentem ligna in die Sabbati, jussu Dei cum interfecerunt, ductumque extra castra obruerunt lapidibus, sicut præcepit Deus Num. 15. Judæi, qui Nicanorem sequebantur, eum increpabant, quòd in Sabbato vellet committere prælium. Nec ita terroret inquebant, & barbæ feceris; sed honorem tribus diei sanctificationis; & post pauca: Est Dominus in cælis, qui jussit agi septimam diem: lib. 2. Mach. c. 15.

QUANDO HEBRÆORUM FESTA COEPERINT OBLIGARE.

Deus Levit. c. 13. decernit, A vespera in vesperam celebrabit Sabbata vestra. Ubi nomine [Sabbati] omnia Festa intelligit, ut quæ à principaliore nomine funt accipiebant; itaque ab uno solis occalu vocantur ad alterum, cum felicit stella Veneris, quam hesperum vocamus, apparere incipit, Festa sua celebrabant. Quod licet Ecclesia Christiana quoad Ecclesiasticum officium observare videatur, inchoando illud à primis vesperis; tamen obligationem non inducit fidelibus suis, nisi à media nocte in mediam noctem.

QUANDO CESSAVERIT OBLIGATIO.

Fuit error Ebionitarum, qui existimabant, Christianos teneri ad observationem Sabbati Judæorum, perinde ac Dominice; ut refert Eusebius lib. 3. hist. c. 27. Etiam Christiani qui degunt in Æthiopia, utrumque diem eodem honore protequantur. Cæterum illicitum est Christianis fervare Sabbatum Judæorum, aut alias Fefias veteris Testamenti; & dicitur Anathema iis, qui colunt Sabbatum, in Concil. Laodiceo cap. 29. & apud Gregorium lib. 11. Epist. 3. Quippe cum statu illo veteris Reipub. cessavit Sabbatum, præsertim postquam illius figura & significatio desit per adventum Christi; & reprehendit Apostolus observantes Sabbata, ad Roman. 14. Galat. 4. & præcipiè ad Coloss.

Festa autem Judæorum statim post missum in die Pentecostes Spiritum sanctum cessaverunt.

FESTA CHRISTIANORUM IN GENERE CONVENIENTER OBSERVANTUR.

Præceptum de observatione certorum dierum, qui ad divinum cultum deputantur, non solium ratione politæ alicujus aut ordinis, sed etiam ratione mysterii, convenienter ab Ecclesia traditur, & à fidelibus servatur: suntque isti dies aliis sanctioribus & sacratioribus. Cujus contrarium tenere videntur nostri temporis novatores. De quo Magdeburg. Cent. 1. l. 2. c. 6. col. 505. Calvinus, l. 2. Instit. c. 8. §. 28. & seq.

A QUO INSTITUTA, ET INSTITUENDA.

Nullum festum à Christo legitimus fuisse institutum: imò neque alicujus observationem, aut peculiare præceptum tradidit; sed ea omnia ministris suis commisit, quibus ovilis sui regimen credidit. Ab Apostolis certe modo in lege nova jam usitato, festa vel observata, & probabiliter etiam sancitam eorum observationem, constare videtur ex c. 20. Act. & 1. Corint. 16. Unde colligitur, solitos tum fideles convenire die Dominico ad fractionem panis, id est, Sacram communionem, & Missæ audicionem: fiebantur tum collectæ pro pauperibus, ut constat ex cap. 15. ad Rom. Itaque Ecclesiastica potestatis est, Festos dies instituire. Pro tota quidem Ecclesia, sive in universali, pertinet ad supremam Ecclesiæ Pastorem, in quo refertur universalis potestas legislativa in Spiritualibus. Pro particulari verò Provincia aut Diocesi, Episcoporum auctoritas requiritur; eaque sufficit alicujus specialitate, vel confirmatione Rom. Pontificis. Colligitur ex cap. ult. de Feriis, & cap. 1. de consecrat. dist. 3. & confirmat perpetuis Ecclesiæ usus. Neque solium Ecclesia potest certos dies instituire, sed eorumdem observantiam quoque præcipere lege obligante in conscientia; estque Hæreticum id negare velle, cum nihil sit antiquius, & magis commune in populo fidei.

AD EORUM OBSERVATIONEM QUÆ REQUIRANTUR.

Præceptum de observandis diebus Festis, duo includit, in quibus substantia illius consistit. Primum quidem obligationem audiendi integrum Missam, ita ut voluntaria illius omnisio sit mortalis: Secundo verò cessationem ab operibus servilibus, quæ commoditatibus corporis subserviunt, & communi per servos sunt; qualia non censetur opera quibus anima servilia, jure aut consuetudine permittuntur: quædam etiam libera eadem ratione venantur, ut sunt mercatores, omnis strepitus Judicialis, Juramentum, Contractus temporales, & nonnulla alia, de quibus fusè Canonista, & Soares lib. 2. de Religione c. 26. & sequent.

Opera præterit est hoc loco cognoscere, qua ratione dies Festos apud Christianos observari, & quantum à Judæis & Gentilibus hic eos diffidere debere docuerit D. Naziamen. Fratres, festum celebrem non corporis nitore, non vestitus mutatione ac magnificentia, non comestationibus & ebrietatibus, quarum fructum cubilia & impudicitias esse didicistis: nec horibus vicis cingamus, nec unguentorum turpidine menas, & vestibus ornemus; nec visibili lumine splendescant domus, nec tubicinum cantu plausibusque perionent: hoc enim more Gentiles novæ Lunæ festum celebrant. At nos ne committamus, ut ad hunc modum Deum honoremus, ac præsens tempus illis rebus, quæ minime decent, extollamus: verum animi puritate, & mentis humilitate, & lucernis totum Ecclesiæ corpus illustrantibus, hoc est divinis contemplationibus, & cogitationibus que super sanctum candelabrum excitentur, atque universum terrarum orbem luce perfundant. Parva meo quidem iudicio, si cum hoc lumine comparetur, ea omnia lumina sunt, quæ homines, qui festos dies agunt, L. B. T. beat. vit. Human. Tom. III.

privatim publicèque accendunt. Orat. 4. que stulticia in Iulianum est altera.

Quæ autem ratione consequemur festum non mundanum, sed supramundanum nativitatis Christi? Nempe si nec domus vestibula coronis cingamus, nec choros agitemus, nec vicos ornemus, nec oculum pacamus, nec aurem cantu mulceamus, nec olfactum muliebriter delicamus, nec gustui lenocinemur, nec tactui gratificemur; promptis inquam illis ad vitium vis, & peccati januis, nec teneris & circumfluentibus vestibus emolliamur, quarum quod pulcherrimum est, nulli usui est; nec gemmarum splendoribus, nec auri fulgoribus, nec colorum artificis nativam pulchritudinem emententibus, atque adversus divinam imaginem excogitatis nec comestationibus, & ebrietatibus, quibus cubilia & impudicitias adjuncta esse scio quandoquidem malorum magistrorum male doctrina sunt; vel potius malorum seminum male fegetes. Nec thoros altos figamus, ventri delicias sternentes. Nec fragrantia vina, coquentium lenocinia, ingentis sumptus unguenta in pretio habeamus. Nec terra & mare pretiosum nobis iterum donum offerant (hoc enim honore delicias afficere soleo.) Nec alius alium intemperantia superare contendamus. Mihi enim intemperantia est, quidquid superfluum est, usque necessarios excedit: idque esurientibus aliis, atque inopia laborantibus: iis, inquam, qui ex eodem luto & temperamento constant. Verum hæc Gentilibus, ac Gentilitiis pompis, festisque relinquamus: qui etiam iis, quos sacrificiorum nidor oblectat, Deorum nomen tribuunt, apteque proinde divinum numen ventre colunt, & mali utique malorum demonum & fictores, & sacerdotis, & cultores. At nos, à quibus Verbum adoratur, si quid delicias dandum est, in sermone deliciemur, atque in lege divina & narrationibus, cum aliis, tum iis præsertim, quæ præsentem festo continentur sunt. Orat. 38. Et iterum festos dies Judæus etiam agit, verum juxta litteram. Legem enim corpoream consuetans, ad spirituales legem non pervenit. Festos quoque dies Gentilis agit, verum juxta corpus, deoque suos & demones: quorum alii vitiorum affectionum affectores atque architecti sunt, quemadmodum ipsimet asserunt; alii ex vitiosis affectionibus honorem consecuti sunt. Ac proinde modus etiam ille, quo festa celebrant, cum vitiosis affectionibus conjunctus est: ut hoc ipsum quod peccant, in Dei honorem cedat, ad quem vitium, quasi res quedam honesta & prædicanda, confugit. Festos dies nos quoque agimus, verum ut Spiritui gratum est. Gratum est porro eam à nobis rationem iniri, ut eorum, quæ in rem sunt, vel aliquid dicamus, vel agamus. Nec feriarum nostrarum quicquam est aliud, quam animæ aliquid eorum agerere, quæ firma & stabilia sunt, ac manibus tenentur; non autem suffragant & dilabuntur, leviterque dumtaxat sensum demulcent, magna autem ex parte, meo quidem iudicio, labefactant, noxamque inferunt. Sufficit enim corpori malitia sua. Quis flammæ ampliore materia opus est, aut belluæ copiosior alimentum, ut effranatior reddatur, ac ratione violentior? Quocirca nobis spiritualiter feriandum est. Imit. 44.

CUR INSTITUTA FESTA.

Festorum dierum institutio varios fines habet. Primus ac principalis est Dei cultus, qui ab omnibus generatim, vel à nonnullis speciatim exhibetur, in gratiarum actionem, illis diebus. Alius est commemoratio alicujus beneficii accepti, quo ad venerationem & reverentiam Deo præstantiam provocamus. Denique honor quem Sanctis impendimus. Item exemplum eorumdem, quos velut imitandos nobis proponimus, dum eorum Festum diem recolimus.

QUOTUPLICIA.

Varie sunt Festorum divisiones. Quedam enim ad ipsam Deum referuntur, eumque velut pro objecto habent; ut dies Dominicus, Festum SS. Trinitatis. Alia sunt Christi, sive Dei hominis facti. Iterum, alia sunt Festivitates Sanctorum: atque inter hos Beatam Virginem Mariam specialia ab aliis cultu veneramus, quem Hyperdulam dicimus: alios verò Sanctos communi Dulia.

Alia Festorum divisio sumitur ab Officio, quod in iisdem solemniter, aut minus solemniter perfolvitur; unde communiter quedam festa dicuntur duplicia, quædam semiduplicia, quædam simplicia. Est insuper alia divisio Festorum in Mobilia, & Immobilia; idque à die quo recurrit per annum. Mobilia sunt, quod de die uno in alium mœvantur: cum Immobilia semper eodem die recurrant. Dependet autem mobilia festa à solemnitate Paschæ, quæ semper incidit in diem Dominicam, ita ut stans intervallis cætera eam sequantur, aut antecedant.

Sunt denique Festa quaedam universalia, quae per totam Ecclesiam servantur ex obligatione: alia particularia, quae in aliqua provincia aut dicecesi. De singulis particulatim dicemus.

FESTI DIES CHRISTIANORUM IN PARTICULARI. DIES DOMINICA ANTIQUA.

Dies Dominica antiquissimum est Christianorum festum: Ecclesia enim Christiana cepit in die Pentecostes, quae erat Dominica; eamque Apostolorum tempore fuisse observatam, supra ex scripturis diximus, episcopus meminit S. Joannes in Apocalypsi cap. 1. Ego Joannes fui in Spiritu in Dominica die. Item Clemens can. 65. Apostolorum: Ignatius Epist. ad Magnesianos: Tertullianus de corona militis, & in Apolog. c. 16. & alii à Card. Bellarm. citati.

CUR, ET A QUIBUS INSTITUTA. Diem Dominicam ab Apollolis institutam, ut Judaeorum Sabbato succederet, communis est traditio. Idque in memoriam Sabbato resurrectionis, ut qui illum diem sua resurrectione consecravit: unde Ecclesia illi accommodat, quod habetur Psal. 117. Haec dies quam fecit Dominus, &c. loquitur enim de resurrectione Domini. Meminit hujus rationis Clemens, lib. 7. de constit. Apof. cap. 31. & Ignatius Epist. 3. ad Magnes.

ILLIUS PRÆROGATIVÆ.

Dominicæ diei plures sint prærogativæ, quæ mirificè anteant illius dignitatem. Constat enim primum, hoc die creatum Mundum quoad substantiam, & lucem non modo Angelicam, verum etiam materialem, cujus ratione omnium dierum fuit prima. Augustinus & Beda.

2. Dedit Deus manna e caelo Hebraeis die Dominico. 3. Illi ipsi hoc die sicca vestigiis mare rubrum transierunt. 4. Christus, ut perique existimant, initio hujus diei natus fuit. 5. Baptizatus fuit in Jordane, & circumcisus. 6. Miraculum primum fecit in Cana Galilææ. 7. Dicit Augustinus Ser. 154. de tempore, Christum hoc die benedixisse panes, quibus quinquè hominum millia saturavit. 8. Resurrexit eodem die, & triumphans in morem Hierosolymam ingressus est. 9. Misit eodem die Spiritus sanctus in linguâ igneis. 10. In hac die, inquit S. Leo Epist. 81. Apostoli à Domino prædicandi omnibus Gentibus tubam Evangelii sumunt, & inferendum universo mundo sacramentum regenerationis accipiunt. Vide infra tit. Festorum inter se collatio.

FESTUM S.S. TRINITATIS.

In honorem SS. Trinitatis certam Dominicam observari voluit Ecclesia: primum quidem in Provinciâ particularibus, ut refert Alexander III. innox per orbem Christianum instituta illius veneratio, ut expressior fieret illius memoria, tam in toto officio, quam in concione; quamvis omnes Dominicæ dies ad peculiariter SS. Trinitatis honorem fuerint instituta.

FESTA DOMINI, AC PRIMUM DE FESTO INCARNATIONIS.

Primum festum inter ea, quæ ad vitam Christi pertinent, & B. Virginis communia sunt, est Festum Annuntiationis Deiparæ, quod celebratur ordinariè XXV. Martii: quamvis in Hispania præceptum fuerit servari die XVII. Decemb. in Concilio Toletano 10. Quando verò solemnitas hæc coeperit, non omnino constat: antiquam tamen esse colligimus ex August. serm. 18. de sanctis, & aliis, qui tum ad populum conciones habuerunt. De quo vide plura in loco de Beata Maria, Titulo Festivitates.

Visto de duobus monachis in Cluniaco, festum Annuntiationis more Hispanorum celebrantibus.

Anno Dom. millesimo quarto, in Italia atque in Galliis, plerique Episcoporum nonnulla inter se de diversis questionibus habuere Synodorum conciliabula. Nam de jejniis, quæ periculis fidei, scilicet inter Ascensionem Salvatoris, & Pentecostem, observant, ut decreverunt, ut ne per imperium sacerdotum fierent, excepto Sabbato Pentecostes; & quibus fieri velent, prohiberent fieri. Simulque incidit questio, Cur monachi per tres vel quatuor Dominicas dies ante diem Nativitatis Dominicæ, seu quadragesimalis observationis tempore, Hymnum, scilicet, Te Deum laudamus, decantarent contra morem Ecclesiarum Romanæ. Qua videlicet questio aggressi tam Abbates, quam Monachi, responderunt, se pro nulla re illud agere, nisi ex beati Benedicti nominatissimi atque excellentissimi Patris præceptione; cujus etiam actus,

simulque dicta à summo Romanorum Pontifice, videlicet Gregorio, habere describitur, ac laudabiliter roborata. His denique comperit Episcopos, quos monachorum * authentico ex more vigin: Necnon etiam de die Annuntiationis Dominicæ, quæ celebratur 8. Kalend. April. si forte quolibet alio tempore præter Quadragesimam excoli congruentius potuisset, ab eisdem Pontificibus non parva illata est questio: ferebant enim à quibusdam, eandem videlicet Annuntiationem Dominicam more Hispanorum quintodecimo Kal. Januar. die irreprensibiliter posse celebrari. Nam cum ego postmodum in monasterio Cluniacensi cum cæteris fratribus degerem, conveniunt illic ab Hispanis patres honeste conversationis, jam dudum more viventis propriæ regionis monachi. Propinquant verò die Nativitatis Dominicæ, petierunt dicti monachi venerabilem Odilonem ejusdem loci Abbatem, ut more suorum liceret eis celebrare Annuntiationem. Quod cum fecissent, segregati à cæteris, vixit est nocte eadem duobus senioribus locis, quod unus de Hispanis fulcra focaria arripere desuper altare puerum, mittere illum in Sartagine præsepem, ita clamantem: Pater, Pater: quod tu dedisti, isti auferunt. Quid plura? Antiqua apud nos consuetudo, uti docebat, prævaluit. Baron. tom. 11. Annal. Eccles. sub an. Dom. 1004. ex Glabro, l. 3. c. 3. an. 1004.

FESTUM NATIVITATIS DOMINI.

Celebratur hoc eo die quo accidit, xxv. Decembr. & institutum ab Apostolis colligitur ex variis Sermonibus, quo die ab antiquissimis Patribus habitus. Meminit illius Clemens lib. 5. c. 13. Ambrosius lib. 3. de Virgini. Augustinus, Leo, & alii. Vite Bavonis Martyrologium.

CIRCUMCISIONIS.

Circumcisionis Dominicæ festum, quod sub nomine octavæ Nativitatis ponitur, c. 1. de Consecrat. dist. 3. & ut de Ferris, non est tam antiquum quamvis S. Leo episcopus meminerit, & ante illum Sanctus Cyprianus, vel auctor de Cardinali. Circa operibus. Solebant autem olim hoc die fieri duo Milia, una de mysterio, altera de B. Virgine, quæ hic non minimum partem sibi vendicant, cum putetur ipsa fuisse manibus Christi infanti circumcidisse. Legè Divand. l. 6. Ration. divin. offic. Franc. Soares tom. 2. in 3. part.

EPIPHANIÆ.

Festivitatem Epiphaniæ Græci etiam vocant Theophaniam, quo nomine Græci Nazianzenus vocat diem Nativitatis: hanc autem diem appellat, diem luminum Sanctorum, quod Christus ex baptizatus dicatur. Fuit autem maxima eae solemnitas apud Christianos, sic ut Imperatores quoque ei interessent. Imò Julianus Apostata in Galliis volens Christianam pietatem larva alicujus religionis tegere, hujus diei mysteriis voluit interesse, ut scribit Ammian. Marcell. lib. 21. quod etiam præterit Valens Arianus Imper. teste Gregor. Nazianz. Quin & Theodosius Imper. justis septem diebus, tam qui præcederent, quam qui subsequerentur hanc festivitatem, conticecere strepitum judicalem. Numeratur autem hæc solemnitas inter illas quas Apostolicas dicimus, ut videre est apud Clement. lib. 5. constit. c. 12. & l. 8. c. 33.

Concurrunt autem hoc die, præter apparitionem Magis factam, celebre miraculum conversionis aquæ in vinum in Cana Galilææ; teste Hieronimo, l. 1. de divin. Officiis, cap. 26. & baptisium Christi, quo illius divinitatem patet æternus, & H. voce caelo delapsa, & S. Spiritu missio, declaravit.

PASSIONIS.

Diem Passionis, quam Parasceves dicimus, & qui eum sequitur, apud Christianos semper reverenter & devote habitum in memoriam Dominicæ Passionis & mortis, constat ex Greg. IX. de Ferris. Olim autem tota hebdomada passionis fuit sub præcepto, nunc utis obtinuit, ut solum feria VI. Parasceves cœlestur à strepitu Judiciali, uti & Sabbato eam insequente, & ab operibus in publico, saltem prioribus diebus ad meridiem, solentque visitari Ecclesiæ, & arcibus jejunari à fidelibus, ut qui plerumque ad vesperam differunt refectioem, quam tum etiam sumunt admodum moderatam, ad satisfaciendum naturæ duntaxat. Ab hinc paucis annis, in Conventu Ultrajectino, Refectuarii Verbi ministri censuerunt, hunc etiam diem à fidelibus debere observari.

RESURRECTIONIS SIVE PASCHÆ.

Hæc est plenissima Christianorum festivitas, quam Pascha dicimus, translato nomine ab Hebraeis, qui circa hoc tempus celebrabant suam Pascha, quia jam Pascha nostrum improprie est Christus,

A Christus, ut scribit S. Paul. 1. Cor. 15. caditque hoc festum sub rigorosum præceptum observandi illud à tota Ecclesia, extraditione & institutione Apostolica; ut constat ex Clemente lib. 8. cap. 33. & ex Canon. 58. Apofol. Fuitque continua ea observatio, & nunquam interrupta. Unde etiam ita, qui ad annos discretionis pervenerunt, præcipitur, ut circa hæc festivitatem, qui dies 14. Ecclesia præscripsit, corpus Christi percipiant. Et ad majorem solemnitatem, solebant olim tota hebdomadam usque ad illius octavam celebrare; nunc autem generalis est consuetudo, ut eo revertentiam mysterii, quod nunc recolitur, duo proximi dies celebrentur; quamquam in Conc. Moguntino etiam Feria IV. fuerit in præcepto sub Carolo M. ut constat c. 36.

PASCHA QUID.

Nomen Pascha autem significationes varias habet: communis est ea, quæ transitum, five transitionem denotat, Angelicè scilicet exterminatoris, quando in Aegypto transiit domos Hebræorum; unde scriptura Exod. 12. Est enim Pascha, transitus Domini. Ita Josephus, lib. 2. Antiq. cap. 3. Hier. in cap. 26. Matth. Significat etiam ipsum Agnum Paschalem, unde dicitur Luc. 22. Necessè erat occidi Pascha. Item transitum populi, qui ea nocte liberatus fuit à tyrannide Pharaonis, transitu mari rubro, ut infinet Nazianz. Orat. 2. de Pascha: & August. 17. 55. In Ioan. Denique ipsium diem; ita Luc. 22. dicitur: Appropinquabit dies festus azymorum, qui dicitur Pascha.

ERRORS.

AETUS Pascha simpliciter celebrari vetabat, quòd Judaismus sapere diceret. Eum errorem refellit Epiph. heres. 85. ARIANI VBI VADIANI volebant Pascha celebrari eo die, quo Judæi illud celebrant, nempe 14. Luna, five esset dies Dominica, five non; fuitque primus auctor hujus erroris quidam Blasius, teste Tertull. l. de Prescrip. quæ sequaces Quartodecimani appellati fuerunt. Cappadoces illud celebrant 25. Martii. Britones & Scoti, teste Beda, post Lunam 13. Martii. Novatiani nullum certum diem huic festo assignabant.

CELEBRANDUM DIE DOMINICA.

Prus Papa I. Petrus Apostolo in primo suarum decretalium sic de Paschate decernit: Nosse vos volumus, quòd Pascha Domini die Dominico annis temporibus sit celebrandum. Istis enim temporibus Hermes Doctor fidei, & Scripturam, effulsi inter nos. Et licet nos idem Pascha prædicto die celebramus; quia tamen quidam non dubitabant, ad corroborandas animas eorum, eidem Hermæ Angelus Domini in habitu pastoris apparuit, & præcepit ei, ut Pascha Domini die Dominico ab omnibus celebraretur. Unde & vos Apostolica auctoritate instruitis omnes eadem servare debere, quia & nos eadem servamus: nec debetis à capite quoquo modo dissidere. Gratianus de consecr. dist. 3. c. 21.

MIRACULIS DECLARATUR.

D. AUGUST. Britonum Episcopus, adjutorio usque Edilberti Regis, convocavit ad suum collegium Episcopos, five Doctores, maximè & proximè Britonum Provincie, in loco, ubi usque hodie lingua Anglorum Angultineizat, id est, robur Angultini, in confinio Vectiorum, & Occidentium Saxonum appellatur; cepitque fraterna commoneione suadere, ut pace Catholica secum habita, communem euangelizandi gentibus pro Dño labore susciperent; non enim Pascha diem Dominicum suo tempore, sed è decimaquarta usque ad vigesimam Lunam observabant: Quæ computatio octoginta quatuor annorum circulo continetur. Sed & alia plurima unitati Ecclesie contraria faciebant. Qui cum longa deputatione habita, neque precibus, neque hortamentis, neque increpationibus Augustini & sociorum ejus assensum ponere voluissent; sed suis potius traditiones, universis, & quæ per orbem in Christo concordant, Ecclesiis præsentant, sanctus pater Augustinus hunc laboriosè ac longè certaminis sum fecit, ut diceret: Obsecremus Dñm Deum, qui habitare facit unanimes in domo patris sui, ut ipse nobis infinuare cælestibus signis dignetur, quæ sequenda traditis, quibus sit vis ad ingressum regni illius properandum: adducatur aliquis æger, & per cujus preces fuerit curatus, hujus fides, & operatio Deo devota, atque omnibus sequenda credatur. Quod cum advenisset, invitum non concederet, allatus est quidam de genere Anglorum, oculorum luce privatus. Qui cum oblatum Britonum sacerdotibus, nil curationis vel sanitatis eorum ministerio perciperet, tandem Augustinus jussa curiositate compulsus, flectit genua sua ad patrem Dominum nostrum Jesu Christum, deprecans, ut visum cæco, quem amiserat, restitueret, & per illuminationem L. B. Theat. Vite Human. Tom. 111.

unius hominis corporalem, in plurimorum cordibus fidelium spiritualis gratia lucem accenderet. Nec mora, illuminatur cæcus, ac verus summae lucis præco ab omnibus prædicatur Augustinus. Tum Britones confitentur quidem intellexisse se veram esse viam justitiæ, quam prædicaret Augustinus; sed non se posse abique suorum consensu ac licentia, præcis abdicare moribus. Beda lib. 2. hist. Anglor. c. 2.

Anno Christi Dom. 417. factum est, ut Pascha non suo legitimo die celebraretur in Ecclesia, errore supputationis Paschalis temporis. Sed quomodo divino miraculo compertus sit error, ut non fieret Deus, quicquam in Ecclesia agi perperam, Paschasius Episcopus Lilybæi narrat his verbis, in epistola ad S. Leonem Romanum Pontif. data: Non ergo (inquit) nos dies una longius posita terreat: ne cum hoc evitamus, incurramus errorem, sicut tempore beate recordationis Domini mei prædecessoris vestri Zosimi, Consulatu Honorii Augusti undecimo, & Constantii secundo. Tunc enim, cum declinaretur, ne decimo Kalend. Maji dies Paschæ teneretur, celebratum 8. die Kalend. Aprilis, id est, pro embolismo communis est annus tenentis, & error gravissimus est ortus, in tantum, ut ministerio certo, quod domo sancti Spiritus ministrabatur, hæc veritas probaretur. Quod proprie crediti exponendum, quia locus ipse etiam sancto, atque à me venerando fratri meo Libano notissimus est, cujus mysterii miraculum tale est. Quædam vilissima possessio Melitinas appellatur, in montibus arduis ac sylvis densissimè constituta: illic perparva, atque vili opere constructa est Ecclesia, in cujus baptisterio, nocte sacrosancta Paschali, baptizandi hora, cum nullus canalis, nulla sit fistula, nec aqua omnino vicina, fons ex se repletur, paucique, qui fuerint consecrati, cum deductorium nullum habeat, ut aqua veniat, ex sese descendit. Tunc ergo (sicut supra diximus) cum sanctæ memoriæ quondam meo beatissimo Papa Zosimo (cum apud Occidentales error ortus fuisset) consuetus lectionibus nocte sacra discussis, cum presbyter secundum morem baptizandi horam requireret, usque ad lucem aqua non veniente, non consecrati, qui baptizandi fuerant, recesserunt. Ut ergo breviter narrem, illa nocte, quæ lucebat in diem Dominicam decimo die Kalend. Maji, fons facer hora competenti repletus est. Evidenti ergo miraculo claruit Occidentalium partium fuisse errorem Baron. tom. 5. Annal. ann. 417. 53. 54. ex Paschas. Episc. Lilybæi apud S. Leonem post Ep. 63.

Hic planè simile descriptum extat apud Cassiodorum miraculum, dum agit de conventu Leucotheæ in Lucania, fontemque ibi irriguum ita describit: Est enim locus ipse camporum amœnitatè ditentus, suburbanum quondam Cossitanis antiquissimæ civitatis, qui à conditore sanctorum fontium Marcellianum nomen accepit. Hic erumpit aquarum perspicua & dulcis ubertas, ubi in modum naturalis antri apud fabricata concavitas, sic perspicuos liquores emanat, ut vacuum puteus lacum, quem non dubitas esse plenissimum. Hic perlucidus usque ad fundum patet, ucapectibus tuis aërem potius apparere judices, non liquorem. Amulatur ferream diem aqua subtilissima; nam quicquid in imo geritur, inoffensa aeris claritate monstratur: Et paulo post: Longa sunt illius fontis memoranda describere, veniamus ad illud singulare munus, sanctumque miraculum. Nam cum die sacrate noctis precem baptismatis cepisset sacerdos effundere, & de ore sancto sermonum fontes emanare; mox in alium unda proficiens, aquas suas, non per meatus solitos dirigit, sed in altitudinem cumulosque transmittit: erigitur brutum elementum sponte sua, & quadam devotione solemnè præparat se miraculis, ut sanctificatio majestatis possit ostendi: nam cum fons ipse quinque gradus regat, eosque tantum sub tranquillitate possideat, aliis duobus cernitur crescere, quos nunquam præter illud tempus cognoscitur occupare. Magnum stupendumque miraculum, fluente labentia, sic ad humanos formones, vel stare, vel crescere, ut eis credas audiendi studium minime desuisse. Fiat venerabilis omnium sermone fons iste celestis. Habet & Lucania Jordanem suum. Ille exemplum baptismatis præstitit: hic sacrum ministerium annua devotione custodit. Quapropter & reverentia loci, & utilitas rei dare debet populis sanctissimam pacem. Idem Baron. tom. 5. ann. 417. 55. ex Cassiodoro, lib. 8. variar. lect. ep. 33.

Est & illud illustre miraculum de fontibus Hispaniæ, quos Lusitania Provincia profert. Piscina namque est apud Osiem campum antiquitus sculpta, & ex marmore vario in modum

A crucis miro composita opere, sed & aëdes magnæ claritatis ac
 celsitudinis desuper à Christianis constructa est. Igitur cum
 dies facer post curriculum anni decedentis advenit, quo Do-
 minus confuso proditore, mysticam discipulis præbuit ce-
 nam, conveniunt in locum illum cum Pontifice cives, jam
 odorem facri presentientes aromatis. Tunc data oratione, fa-
 cerdos ostia templi jubet simul muniti signaculis, adventum
 virtutis Dominicæ præstolantes. Die autem tertia (quod est
 Sabbati) convenientibus ad baptizandum populis, adveniens
 Episcopus cum civibus suis, inspectis signaculis, ostia referat
 clausa. At mirum dictu piscinam, quam reliquerant va-
 cuam, reperiant plenam, sed ita cumulo altiore repletam, ut
 solet super ora modorum triticum aggregari; videaque huc
 illucque latices fluere, nec partem in adversam desfluere.
 Tunc cum exorcismo sanctificato, conspersio desuper chrisma-
 te, omnis populus pro devotione haurit, & vas plenum domi
 salutatione reportat, agros vineaque asperione saluberti-
 ma tutantis. Et cum exinde multitudo amphorarum sine
 collecto numero hauriatur, nunquam tamen vel cumulum
 minuit; licet ubi infans primus intinctus fuerit, mox aqua re-
 ducitur, & baptizatis omnibus, lymphis in se reversis, ut in-
 tio produntur nescio, ita & clauduntur sine ignaro. Denique
 Theodegillus hujus Rex regionis, cum vidisset hoc miracu-
 lum, quod in his facris Deo fontibus gerebatur, cogitavit
 intra se, dicens: Quia ingenium est Romanorum (Romanos
 enim vocant homines nostræ religionis) ut ita accidat, &
 non est Dei virtus. Veniens verò ad annum sequentem, ostium
 sigillis suis cum Episcopi sigillo munivit; posuitque custodes in
 circuitu templi, si forte aliquem deprehendere possit fraudis
 alicujus consilium, per cuius ingenium in fontibus aqua succederet:
 familiariter & alio fecit anno; tertio verò convocata vi-
 rorum multitudine, fossas in circuitu basilicæ fieri iussit, ne
 forte locis occultis lymphae deducerentur in fontem: fuerunt
 que fossæ in profundo vicinum quinum pedum, in latitudine
 verò quindenum. Sed nihil abditum reperiri potuit. Tamen
 vitæ finem faciens, & credo pro hujus inquisitionis temeritate,
 anni sequentis diem, quo hoc mysterium celebraretur,
 videre non meruit, eò quod arcanum virtutis divinæ investi-
 gare præsumpsit. Habentur autem in ea reliquiæ S. Stephani
 Levitæ, *Idem Baron. eod. tom. & ann. 56. ex lib. 1. Greg.
 Tur. de glor. mart. c. 24. & 25.*

C Sed nec caruit Oriens hinc adeo insignibus editis divina
 virtute miraculis; etenim Sophronius de Orientalibus orti
 scribit in hæc verba: Soruba (inquit) vicus quidam est, ad
 radices montis, in quo sita est Cæneanensium civitas; in co-
 baptisterium est, quod in sanctis Epiphaniis sudat (baptismus
 enim ibi eo tempore celebrabatur) qui sudor per tres horas
 continuis incrementis augetur; & post baptismi peractum
 decretere incipit, & tribus aliis horis deficit: & in Castello
 Celebratis sub monte Aneondaro civitatis situm est bap-
 tisterium, quod in prima Paschali sanctæ resurrectionis
 festivitate, cum sit lapis unius, ex seipso continuo imple-
 ritur, duratque aqua illa usque ad Pentecostem, moxque
 peracta Pentecoste evanescit. Utraque verò ista miracula in
 provincia Lyciæ sunt. Si quis autem hæc ita esse non credit,
 usque ad Lyciam, non grande iter est, pergat, & rei veritas
 fidem illi faciet. Hactenus ipse: de hisque satis: ut intelligas
 Deum esse in Israël, & in Ecclesia Catholica semper viguisse
 miracula, quibus veluti digito Dei, quæ vera sit Ecclesia, con-
 signeat. *Idem Baron. eod. tom. & ann. 47. 59. ex Sophron.
 pr. spir. 214. 215.*

D Anno Domini quingentesimo septuagesimo tertio, auctor
 est Siebertus, altercatum esse inter Hispanos & Gallos de Pa-
 chatis diei celebritate; ait enim: Hispani & Franci de Pascha
 celebrando dissentiunt: Hispani duodecimo Kalendas Apri-
 lis: Franci verò decimoquarto Kalendas Maji Pascha cele-
 brantibus. Sed Francos rectè celebrasse, per hoc divinitus cla-
 ruit, quod fontes in Hispania, qui in Sabbato sancto Paschæ
 ad baptizandum spontè divinitus repleri solent, non in Hispa-
 norum, sed in Francorum Pascha repleri sunt. *Idem Baron.
 tom. 7. 573. 25. in Sieberto.*

Vigesimo die Maji in Gallis, civitate Ebreundenis, sancti
 Marcellini, ejusdem urbis Episcopi & Confessoris, memoria
 recolitur; qui divino jussu cum sociis Vincentio & Dominico
 ex Africa veniens, maximam partem Alpium maritimarum,
 verbo & signis admirandis, quibus usque hostie resisteret, ad
 fidem Christi convertit; ita ut baptisterium, quod ipse apud
 præfatam urbem condidit, in factolantibus Paschatis vigiliis,
 divina virtute, singulis annis aquis subitis inundetur, & per
 septem ejusdem solemnitates dies gratia exuberantes perma-

neat. *Ado Viennens. in martyrol. 12. Cal. Maji. Alej. Li. E
 pomar. tom. 4.*

ASCENSIONIS.

Dominicæ Ascensionis festum ab Apostolis institutum,
 docet Clemens lib. 1. cap. 20. consist. extantque sermones Gre-
 gor. Nysseni, Leonis, & aliorum: Celebratur autem qua-
 dragesimo à Resurrectione die, & illius mentionem facit
 Constantiæ Episcopus Epiphanius, & appellat Decem Festo-
 rum. Augustinus verò *serm. 174. de Temp. ait:* Glorificatio-
 nem in Christi resurrectione factam, fuisse in Ascensione ejus
 completam; ideoque utrumque festum celebrari. *Et serm.
 176. addit aliam causam: quod sicut resurgendo sem nobis re-
 surgendi contulit, ita ascendendo victoribus, quò sequantur,
 ostendit.*

PENTECOSTES.

Solemnitas Pentecostes nomen accepit à die quinquagesi-
 mo post diem Resurrectionis, quando Christus missis in disci-
 pulos permissum Paracletum Spiritum sanctum; & velut re-
 gnum suum inchoavit in Ecclesia militante, & velut prædi-
 cari coepit illius Evangelium. De hoc Festo scribit Terrull. *lib.
 de Corona militis, Basilus, Epiphanius, & alii. Quin voluit
 plerique, loqui de eo Paulum, quando dicitur festinasse, ut
 Hierosolymis diem Pentecostes faceret, *Act. 20. faceret in-
 quam, ritum Christianum, non Judaico.**

Est autem festum antiquissimum & celeberrimum in Eccle-
 sia Christiana: ideoque & per duas subsequentes ferias celebra-
 tur. Festum autem Pentecostes in lege veteri, quod in
 memoriam data legis erat institutum, jure divino observari
 debuit; eratque figura nostra Pentecostes, quando lex nova
 promulgata est, & Spiritus veritatis Ecclesiæ datus. Quæ ve-
 rò circa diem quinquagesimum moventur ab Authoribus non
 nullis, atque per hæreticos obijciuntur, videntur apud Ro-
 bertum Bellar. *lib. 3. de cultu Sancti. cap. 13. Francisc. Soares
 Tract. de Religione, lib. 2. de festis, cap. 7. & loca ibidem al-
 legata.*

TRANSFIGURATIONIS.

Hoc festum non celebratur passim in populo & publicè,
 quamvis antiqua sit illius veneratio; ut in quo sermones ha-
 buerunt S. Leo, Cyrillus Alexandrinus, & alii. Certè con-
 stat ex Græcorum monologio, fuisse diem illum solemnem. In
 Ecclesia autem Latina, etiam hoc festum antiquum est, pro-
 prioque cultu observari præceperat Calixtus III. propter me-
 morabilem victoriam Christianorum contra Turcas ad Bel-
 gradum: nunc verò consuetudine introductum, ut pro-
 prium illius Officium à Clero dumtaxat in Ecclesia perfolva-
 tur.

SS. SACRAMENTI. Quando, & ubi originem accepit.
 Fossæ obitæ Juliana ann. 1257. Tertio post obitum die ad vil-
 lam B. Mariæ ordinis Cisterciensis cenobium translata, ac
 perpetua digna memoria, quod per eam inchoatum sit speciale
 festum corporis Christi. Siquidem Dns Christus sic revelave-
 rat, ut ad augmentum fidei in fine debilitandæ, necnon ad profes-
 tum electorum, corporis & sanguinis sui speciale festum fieri
 curaret. Ipsa autem rem tantæ dignitatis publicari reformida-
 vit, non propter injurias & tribulationes, quæ inde exortira
 videbantur; cum eas generoso animo perfergerit, sed propter
 superbiæ titillationem, dum ipsa tanti festi haberetur in-
 choatrix & revelatrix. Itaque Dominum omninè deprecata est,
 ut & aliis famulabns suis id revelaret. Inter quas memorantur
 Eva Reclusa Leodiensis ad S. Martinum, & Isabella Beghina
 Hoyensis. Itaque post varias admonitiones, & sanctorum in-
 vocationes, rem patefecit Joanni de Laufenia integerrime vi-
 tæ Canonicus: quem rogavit, ut tacito suo nomine festum pro-
 moveret. Expolita sunt omnia Jacobo de Trevis Archidiacono
 Leodiensi, qui postea fuit Romanus Pontifex Urban. IV.
 Hugoni de S. Theodorico Provinciali Ord. Prædicatorum,
 postmodum Cardinali, Gujardo seu Guidoni Episcopo Cam-
 eracensi, aliisque viris celeberrimis, qui negotium promo-
 verunt. Sed & Juliana per Joannem domus suæ Fratrum Offi-
 cium componi fecit, quod comprobatum est per supradictos
 Theologos, & incipit Animatum cibus. Quod Officium Leo-
 dii, Tungris, & alibi in usu fuit, antequam ab Urbano IV. S.
 Thomæ officium publicaretur. Fuit autem scriptor modicæ
 literaturæ, fed obediens osium aperiebat, & Dominum im-
 plebat illud. Hæc occasio festum celeberrimum primum Leo-
 dii est celebratum, postmodum à Collegio S. Martini; ubi
 etiam celebratum illud & approbaverunt ante Urbani Pontifi-
 catum, Robertus Episcopus, & Hugo de S. Theodorico, &
 Petrus Capocopus Cardinales: ex quibus Hugo sermonem ad-
 jecit in solemnitate festi: duo præterea Canonici Joannes &
 Stepha-

A Stephanus legatur reditus in festo & octavis distribuendus.
 Potrò Urbanus ex Patriarcha Hierosolymitano in Pontificem
 extra Collegium Cardinalium assumptus, festum quod antea
 Leodii celebrabatur, universale fecit, cum solemnibus supplicatione,
 anno millesimo ducesimo sexagesimo quarto, ad confir-
 mandam specialiter hæreticorum perfidiam & insaniam. Ne-
 que immemor fuit revelationum, de quibus Leodii audiverat.
 Scribit enim in constitutione sua: Intelleximus olim, dum in
 minori officio constitui, quod fuerat quibusdam Ca-
 tholicis divinitus revelatum, festum hujusmodi generaliter in
 Ecclesia celebrandum. Hæc etiam de causâ anno quarto, seu
 ultimo sui Pontificatus, quo festum hoc universaliter instituit,
 mortua Juliana, misit ad Evam Reclusam Leodiensem diploma
 cum novo S. Thomæ Aquinatis officio. Quod ibidem, ut de-
 cuit, receptum fuit: diploma autem Pontificum, cum diplo-
 matibus Hugonis Cardinalis, Petri Legati, & aliorum quo-
 rundam, ad S. Martinum exceptatum conservatur. His autem
 quæ diximus, adimplantur non tantum venerabiles & vetu-
 stæ picture in monte S. Corneli: sed etiam liber posterior
 de vita Julianæ à Joanne de Laufenia approbatus. Accidit
 postea celebre miraculum Vulsinis, in diecessi & ditione Ur-
 bevetana, quo Onuphrius scribit commotum fuisse Urbanum
 ad festi institutionem. Sed minus cautè rejicit, quæ de
 Eva Reclusa diximus: cum hæc ex bullis ipsius Urbani, & Ju-
 lianæ vita, certissima esse nostratibus conflet. Verum que apud
 Doctores minus graves legatur, non miror virum doctum re-
 jecisse, eaque ignorasse, quæ in angulo serè mundi contige-
 runt, & à multis etiam nostratibus hæctenus ignorantur. Ita-
 que Belgæ, qui alios in festi observatione prævenimus, ab
 avita pietate non recedemus; sed ut Patres Tridentini mo-
 nerunt, gratos, memores animos testemur erga Redempto-
 rem, pro tam ineffabili, & planè divino beneficio: & contra
 hæresim triumphum agamus, ut ejus adversarii in consp-
 ectu tanti splendoris debilitati & fracti tabescant, vel pu-
 dore affecti aliquando resipiscant. *Joan. Molan. sacra Theolog.
 Doctor Lovan. in Natalibus Sanctorum Belgii 5. Ap. Carol.
 Sigon. l. 20. de regno Italia ann. Dom. 1264.*

INVENTIONIS S. CRUCIS.

Celebratur hoc festum in memoriam præstiti beneficii,
 quod Deus tanto tempore Crucem suam custodiverit, eam-
 que Ecclesiæ suæ servaverit, ac revelaverit tum primum
 quando sub Imperatoribus Christianis pacem habere cepit.
 Ut tunc inquit Paulinus, inveniretur, quando religiosè cole-
 retur. Unde et tunc Ecclesia hoc festum, & per illud Crucem
 religiosè habuit, tanquam efficac nostræ Salutis instrumen-
 tum, ad fideliem consolationem. Hoc autem festum existima-
 tur in Ecclesia celebratum è temporibus S. Sylvestri, ejusque
 mentionem faciunt veterum plerique.

FESTA SANCTORUM.

Ac primum de Festo omnium Sanctorum.

Cum singula idola Romanorum Romæ templum habere
 non possent, Romani unum templum in honorem Cybeles
 matris deorum, & omnium deorum ipsorum fecerunt, quod
 dictum est *Idæorum*. Successu verò temporis, petente, inquit
 Ado, Papa Bonifacio, jussit Phocas Imperator, in veteri fa-
 no, quod Pantheon vocabatur, & à Domitiano præus factum
 Derat, ablatis idololatriæ foribus, Ecclesiam B. semperque Vir-
 ginis Mariæ, & omnium Martyrum fieri: ut ubi quondam
 omnium, non Deorum, sed demoniurum cultus agebatur, ibi
 deinceps omnium fieret memoria Sanctorum; quæ ab illo
 tempore Kalendis Novembris in urbe Roma celebris & ge-
 neralis agit. Postea anno octingentesimo trigesimo quinto
 Gregorius IV. Pontifex Romanus (ut auctor est Siebertus
 & alii) monuit Ludovicum Imperatorem, ut in Gallia atque
 Germania festivitas hæc eodem die annuatim perpetuè cele-
 braretur, quam hæctenus Romani ex Bonifacii Papæ institu-
 to celebrare consueverunt. Quod tum ab ipso, tum ab Epi-
 scopis omnibus Franciæ atque Germaniæ mira consensione
 acceptum fuit, & ingenti gratulatione peractum. De his agens
 Albinus sive Aleuinus, hæc ait: Constitutum est, ut plebs
 univèrta per totum orbem in Kalend. Novembribus, sicut in
 die Natalis Domini, ad Ecclesiam in honorem omnium San-
 ctorum ad Missarum solemniam convenire studeat; ut quic-
 quid fragilitas humana per ignorantiam, aut negligentiam
 in solemnitatibus Sanctorum minus plenè peregerit, in hac
 sancta observazione solveretur. *Guliel. Durand. lib. 7. cap. 34.*

Ado Archiep. Trevir. in Martyrol. 1. Nov. Idem in Chron. E
 anno Dom. 604. Baron. tom. 9. ann. 835.

FESTA B. MARIÆ VIRG.

De his dicemus nonnulla in locò de S. Maria. Tit. Festi-
 vitates in illius honorem institutæ. Quibus nonnulla hic
 adijcimus, vel præmittimus.

CONCEPTIONIS DEIPARÆ.

Qua occasione institutum.

Tempore Caroli Regis Franciæ fuit Clericus ejusdem Re-
 gis Germanus, beatam Mariam totis amans præcordiis, ejus-
 que Horas quotidie legens devotè; qui parentum suorum con-
 silio nubere volens cum puella pœciola, ac nobili, accepta à
 sacerdote nuptiali benedictione, Missa completa, recordans
 quòd die illa Horas de Domina non legisset, omnes de Eccle-
 sia egredi fecit, & sponsam domum mitens, juxta altare
 Horas de Domina legit: curque antiphonam istam, Pul-
 chra es & decora filia Hierusalem, diceret, subito apparuit
 ei virgo Christifera inter Angelos duos, dicens: Si ego tam
 pulchra, & decora sum, quid est quòd me dimittis, & spon-
 sam aliam accipis: nonne sum pulchrior illa: vidisti tam
 pulchram: Qui respondit: O Domina mea, claritas tua omnem
 mundi pulchritudinem excellit; tu es super choros Angelo-
 rum elevata. Quid ergo vis, ut faciam: At illa respondit: Si
 carnalem sponsam amore mei dimiseris, me sponsam in celesti
 regno habebis; & si Conceptionis meæ festum annuatim
 sexto Idus Decembris solemniter celebraveris, ac celebra-
 dum prædicaveris, eaque in regno Filii mei eris corona-
 tus. Quibus dictis, beatissima mater Christi disparuit: Cleri-
 cus verò domum regredi renuens, extra patriam cenobium
 ingressus est, & monachus factus, atque post breve tempus
 meritis Virginis prælectæ, Patriarcha Aquilæ effectus
 est, festumque Conceptionis ejusdem omnino diligenter
 celebravit, & celebrandum ordinavit. *Ex D. Ansel. Epist.
 ad Co. Anglian. Episcopos, Dionys. Carthus. de Concept. B.
 Virgin. concl. 2.*

Conceptionis Beatissimæ Virginis festum hinc originem
 traxit. Dum B. Anselmus Prior monasterii Becensis, postmo-
 dum Cantuariensis Archiepiscopus, pro quibusdam urgentibus
 negotiis ad partes Britannicæ navigasset, iisque expeditis
 ad patriam rediret, contigit nimia tempestate exorta, & in-
 temescente procella navem periclitari; & dum cuncti in di-
 scrimine nimo positi, omnique spe humana deserti, divinum
 auxilium, & B. Mariæ Virginis flagitarent, potissimè autem
 Anselmus, qui beatæ Deigenitricis fuerat singularis devotus:
 subito conspicitur quandam mirabili claritate fulgentem,
 Pontificali habitu decoratam, super undas maris, versus na-
 vem ambulando venire. Qui proximus navi, Anselmum vo-
 cat, eumque alloquitur, ut si periculum maris evadere cu-
 pit, & in patriam salvus redire, eidem promittat coram Deo,
 quòd festum Conceptionis Matris Christi annuatim sole-
 mniter celebraret, & celebrandum, quibuscumque poterit,
 suaderet; & cum ille de die festo & officio fiendo interrogas-
 set, respondit, quòd sexto idus Decembris festum illud ce-
 lebrandu erit quo die beata Virgo concepta fuerat; quòd idem
 officium, quo Ecclesia utitur in ejus nativitate, in hoc festo
 dicendum erat, mutato nomine Nativitatis in nomen Con-
 ceptionis: & cum primò de nomine nuptii interrogasset, res-
 pondit, se esse Nicolaum Episcopum, à B. Deigenitricè pro
 tali revelatione & liberatione transfussum: mox Anselmus
 iussa promissit, & veri interpositionem confirmavit; statim-
 que sedata tempestate, & flante vento profuso, ad propria re-
 dierunt; & sic ab eodem Anselmo prius in monasterio, de-
 inde in Ecclesia Cantuariensi, cui præfuit, dictum festum ce-
 lebrari cepit, deinde in pluribus Ecclesiis hujusmodi consue-
 tudo inolevit, ut festum Conceptionis beatæ Virginis 6. idus
 Decembris, & in Kalendariis acribatur, & solemnè officio
 recolatur. *Ex Petro de Natal. lib. 1. Catalogi Sanctorum
 cap. 41. Dionys. Carthusian. conc. 1. de Conceptione B. Ma-
 riæ.*

NATIVITATIS.

Dies autem Nativitatis B. Mariæ aliquando fideles latuit:
 contigit autem, ut refert Joannes Belet, ut Quidam sanctus vir
 contemplationis seculari vacans, singulis annis 6. idus Sep-
 tembris, jucundissimos Angelorum cantus audiret; qui Do-
 minum instanter oravit, ut sibi revelaret, cur ea die tan-
 tum, & non alia, hoc audiret; demumque responsum accepit,
 quòd Virgo Maria 6. idus Septembris nata fuit, de cuius
 Nativitate celestis curia solemnitatem facit, mandans
 ut